Egidii Romani Cõmenta
ria in octo libros phisi
corũ Aristotelis.

¶ Clarissimi sacre theologie doctoris ac philosophie interpretis domini Egidij Romani almi ordinis Heremitarum sancti Augustini.

Naturalis scie

tia est aliqua scientiarũ speculatiuarũ: ut dicif 6° methaᶜᵉ. Speculatiua aũt sciẽtia differt a practica quãtũ ad finẽ. q2 finis speculatiue est ueritas. practice uero opus ut declarari habet 2° methaᶜᵉ. uel ut quedã trãslatio habet practice finis est bonũ: ⁊ in idez redit q2 ois actio uel ois electio: ⁊ proheresis bonũ aliqđ cõsiderare videt ut habet declarari in primo ethiᶜ. malũ aũt fm ꝙ huiꝰ sub appetitu cadere nõ põt. Nullũ enim agẽs aspiciens ad maluz agit qđ agit: ut Dioᵉ dicit. Ex hac aũt differẽtia quã esse ꝯspicimus inter sciẽtiã speculatiuã ⁊ practicã patere põt. ꝙ lz speculatiua ad phiam eẽntialr possit ptinere: practica aũt quasi per accñs ad phiam se habebit. Nã cum phia ⁊ ultr ois sciẽtia in intellectu ꝯsistat ad sciẽtiam ⁊ ad phiaz illa eẽntialr ptinere poterit in que ferf itellectus fm se. obm aũt potẽtie itellectiue est uerũ ⁊ per se intellectꝰ ferf in vitatẽ. Si aũt ferf in bonum hoc nõ est per se: sed ut habet ordinẽ ad uolũtatez. ⁊ q2 que cõpetũt alicui per aliud cõpetũt ei quasi per accñs: ois illa sciẽtia cuiuſ finis est bonũ quasi per accñſ respicit scire. bñ ergo dictũ est qđ scribif 6° methaᶜᵉ. ꝙ artificiatũ ⁊ uolitũ sunt idẽ etiã eligibile ⁊ uolitũ idem sunt. Scientia aũt practica que in ipm eligibile uel artificiatũ tẽdit nõ est in itellectu fm se: sed ut habet ordinẽ ad appetitũ. Dicere ergo nãlem scientiã esse practicã est dicere oppositũ in adiecto. nã si practicũ fm ꝙ huius subest uolũtati: ops ꝙ in diffinitione oium taliũ accipiaf uolũtas ut põt haberi a ꝯᵗᵉ 6° methaᶜᵉ. Sed cũ in diffinitione nãlium accipiaf natura ut idẽ ibidẽ ait si phica cognitio fm ꝙ huiuſ eẽt practica natura nõ esset natura sed uolũtas. patet ergo ꝙ practice sciẽtie quasi per accidẽs respiciũt scire. magis aũt per se respiciũt opus ⁊ bonũ. ideo 2° methaᶜᵉ scribif ꝙ operantes lz considerẽt in eo qđ agũt tñ non ꝯsiderantur de causa propter seipsam sed ꝓpter opus: ⁊ sicut sciẽtie opatiue essentiales philosophie partes esse nõ possunt: sic nec sciẽtie rationales eẽntiales philosophie partes ꝓprie dici debent. Talia enim magis sunt modi sciẽdi ꝙ̃ sciẽtie ut cõmẽtator ait ⁊ ut poterit declarari si ꝯtingat nos in logicalibuſ aliqđ scribere. Cuz ergo exceptis sciẽtijs opatiuis ⁊ rõnalibus ois alia cõsideratio uel sit methaphisica uel phica uel diuina. si rationales ⁊ operatiue essentiales phie partes eẽ nõ possunt sole ꝯsiderationes phisice mathematice ⁊ diuine essentialr ad phiam ptinere videaf. ¶ Ex hoc aũt innotescit ueritas illa que scribif 6° methaphisice. ꝙ tres sunt modi eẽntiales phie. vz naturalis mathematicus ⁊ diuinus. ¶ Horuz aũt sufficientia haberi potest fm cõmentatorẽ 6° methaᶜᵉ. Entia enim uel circũ cerant mãm ⁊ motũ fm esse ⁊ fm diffinitionez uel sunt abstracta fm diffinitionẽ ⁊ nõ fm eẽ: uel utroq3 modo abstracta esse dicitur. in pmo gradu sunt naturalia. in 2° mathematica. in 3° diuina. phisicus igif uersaf circa res mobiles tã fm esse ꝙ̃ fm diffinitionẽ uel taz fm esse ꝙ̃ fm ꝯsideratione. Est enim nãlis philosophia de mobilibus ⁊ cõsiderat de eis inquãtũ mobilia sunt. Nã ⁊ si naturalis abstrahit ab hoc mobili ⁊ ab illo q2 aliter nõ eẽt sciẽtia cũ particulariũ nõ sit sciẽtia neq3 diffinitio nũꝙ̃ tamẽ abstrahit a mobili simpliciter. Nam fm philosophũ naturalia nõ sunt sicut cauuz ⁊ profundũ: sed magis sunt sicut rectũ ⁊ simum. profundũ eniz ⁊ cauũ possunt intelligi circũscripta omni materia sensibili. Rectũ aũt ⁊ simum non sic. Nã rectũ determinat sibi specialẽ materiã sensibilem ut crus. simum aũt nasum. sic ergo abstrahit naturalis a motu ⁊ materia ut simuz ⁊ rectũ abstrahi possunt a naso ⁊ crure. possum eni intelligere simũ preter hũc nasum ⁊ pter illũ. sed nõ preter nasum simpliciter. sic ⁊ ricum põt intelligi sine hoc crure ⁊ sine illo: sed non sine crure vniuersaliter. ¶ Et q2 sic eẽntiale est phisico uersari circa corpꝰ mobile fm diuisionẽ corporis mobilis oportet accipe partiales libros in scientia naturali. corpus enim mobile ut cõmuniter dicitur uel sumif simpliciter uel contracte. simpliciter ⁊ sic determinaf de eo in liᵒ phisicoꝝ. Si contracte sic est dupliciter. q2 aut cõtrahitur per motum ad ubi ⁊ sic est liber de celo ⁊ mũdo. ubi determinatur de corpore mobili ad ipsum. Si ṽo cõtrahitur per motum ad formaz sic etiam est dupliciter. q2 aut determiatur ibi de tali motu in cõmuni ⁊ sic est liber de generatione ubi: ⁊ si descendaf ad generationẽ elementoꝝ. hoc est ualde vniuersaliter ⁊ in cõmuni. Si ṽo est de mobili ad formã in speciali sic est dupliciter. q2 uel hoc est respectu elementoꝝ. ⁊ sic est liber metheoroꝝ. uel respectu mixtoꝝ: ⁊ hoc dupliciter. q2 aut est de inaiatis ⁊ sic est liber de minerис: aut est de animatis: ⁊ sic dupliciter: q2 aut est de aiatiſ in cõmuni ⁊ sic est liber de aia ubi determinatur de omni aia siue de oibus animatis. Si ṽo sit de animatis in speciali hoc est dupliciter. q2 aut determinaf de aiatis aia uegetabili ⁊ sic est liber de uegetabilibꝰ ⁊ plãtis. aut aia sensibilᶦ ⁊ sic est liber de aialibus ⁊ per hũc moduz per respectũ ad animam fm se ⁊ fm suas potentias ⁊ fm obiecta potẽtiarũ si alicui esset cure alioꝝ libroꝝ sufficientiam inuestigare posset. ¶ Hoc viso patet ꝙ liber phisicoꝝ est primus inter libros naturales. liber aũt de aia est sextus. liber aũt de aialibus est octauus. Ex hoc autez patere põt: quare liber Auicᵉⁿⁿᵉ de aia dicitur sextus de naturalibus. manifestũ est igif per iam dicta ꝙ in libro phisicoꝝ quem premiunibus habemus determinaf de corpore mobili simpliciter nõ ꝯtracto ad hoc uel ad illud ꝓpter qđ si aliqđ ibi de mobilibus specialibus tradif. hoc est inquãtũ in eis reseruaf ratio mobilis in cõi. ¶ Intitulaf aũt hic liber de phisico auditu. q2 ut dicit phūs in naturalibus quosdã libros edidit scribendo. quosdã ṽo docendo. Et q2 liber phisicoꝝ sic traditus fuit quoniam auditores sub phō phisico audiendo hũc librũ recollegerunt. ideo intitulatus est de phisico auditu q2 fuit audiẽdo recollectꝰ. Possumꝰ aũt aliter dicere ⁊ forte melius ꝙ hic liber per antonomasiã ꝯtinet principia nature. ⁊ q2 ad pncipia fm ꝙ huius nõ est ratio: sed eis audiẽdo acqescimus. ideo per quandam excellentiam intitulatus est de phisico auditu.

Secũda pars prologi. Seqtur

b

Is visis ad euidentiā dictorum aliqua cōcurrūt dubitāda. eēt enim rōnabilis questio cū dicat phisica de rebus mobilib' esse z corruptibilibus utrū de corruptibilib' possit esse sciētia. quo pcesso restaret dubitare utrū huius scientia posset dici nālis z utrū rebus corruptibilibus corruptis remaneat sciētia de eis. Sed qz hic dubitauimus in ope qd sup de generatiōe edidimus: ideo ad pñs talia dimittant. uerū qz cum hoc qd dictū est hāc sciētiā esse de mobilibus habitū est etiā eam esse eēntialez partē phie. ideo de cōparatione huius ad alias phie partes est dubitandū. ¶ Querit ergo utrū hec scientia precedat methaphisicā. motus forte aliqs debili medio videt forte ei sciētiā de sensibilibus pcedere methaphisicā: qz fm pħm in pluribus locis is methaphisica abstracta sunt priora in esse. sensibilia vo priora sunt ordine doctrine. hec ergo scientia siue hec doctrina que est de sensibilibus fm qz doctrina est z per pñs fm qz scientia est precedit methaphisicaz que est de rebus abstractis. ¶ Ad hoc autem dici pōt qz sicut est in formis que ut in subiecto fundātur in corpe sic suo modo est de habitibus z de pfectionibus que fundant in aīa. videmus enim ea ptinere ad qditatem formaꝝ corporalium que sunt de rōne ipsius forme z a qbus essentialiter dependet talis forma. participari aūt in subo fm magis z minus est extra rōnem taliū formaꝝ z per accñs se habet ad eas. lz enim vna albedo magis participet a suo subo qz alia. nō tamen ppter hoc vna magis est albedo qz alia. sic ergo participari magis z minus uel pticipari per prius z posterius per se loquēdo non facit eēntialez diriam in scientia. sed qz sciētia sortit esse z spēm ex suo subiecto simpliciter illa sciētia est dignior eēntialiter z prior nobilitate que est de nobiliori subiecto. ideo phūs 6° methꝰ. qz methaphisica est de nobilissimo subiecto ait. qz alie sciētie speculatiue sunt ualde nobiles sed ipsa est nobilior oibus alijs. Quod vo obicit nālez eē priorem ordine doctrine. dicendū qz huius prioritas accipiēda est fm pticipationē subiecti. est enim huius sciētia prior in ordine doctrine: qz ia adiscēdo primo debemus esse instructi in sciētia phisica qz in diuina. Sed talis prioritas per accñs se habet ad sciētiam: ut dictū est. Immo si participatio in sbto esset fm magis z minus z fm prius z posterius dubiū est. utrū per accidens respiciat formas corporales. nulli tñ dubium esse dz qz per accidēs respiciat sciētias z habitus. sciētia enim non sortit speciē ex eo in quo est: sed ex eo de quo est. omnes enim sciētie in intellectu sunt. distinguunt tñ z sortiunt aliud z aliud esse specificū: qz sunt de alijs z alijs rebus. ideo bene dictuz est qd scribit in 3° de aīa. qz secant sciētie quēadmodum z res per accidens. ergo est qz phisica methaphisicā pcedat. Si ly huius per accidēs uellemus reducere ad per se diceremus rōnem tactā magis esse ad oppositum qz ad propositū. nam ea que sunt priora in via generationis z tpis sunt posteriora in via pfectionis z cōplemēti. eo ergo ipso qz origine. i. in addiscendo z ordine doctrine phisica methaphisicaz precedit: posterior est ea dignitate z pfectione. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs dato methaphisicā esse priorē z pfectiorem phisica. utrū ex hoc pcedi debeat phisicam subalternari ei. videt enim qz sic: qz methaphisica est de ente simpliciter. ois autē alia sciētia est de ente ptracto. qz ergo sbm oium sciētiarū est sub subiecto methꝰ ois sciētie humanitus inuente methꝰ subalternari debēt. ¶ Ad hoc aūt dici debet qz tunc ppie scientia est subalterna qñ accipit tanqz principia que nō sunt per se nota nec in illa scientia hñt reduci ad per se nota: sicut musica subalternat arismetice: qz pclusiones in arismetica probatas supponit ab ea z accipit ab illa pclusa tanqz principia: que tñ nō sunt per se nota nec in illa sciētia possunt reduci ad per se nota. Quecūqz igit scientia utitur principijs per se notis ppie subalterna dici non debet: z qz phisica innitit his que ex sensu ortuz sumūt z que per se sunt nota uel quasi per se nota. ideo simplr non est subalterna. quantum aūt ad aliquam sui partē ut quantuz ad illam scientiā que est de yride: qz ibi utit quibusdaz ppositionibus pspectiuis quas naturalis fm qz huius ad per se notum nō pōt reducere. ideo lz non simpliciter tñ quantū ad illam partem subalterna dici pōt. ¶ Ut aūt melius appareat quomodo phisica simpliciter subalterna esse nō potest. sciendūz est qz scientiā non uti principijs per se notis dupliciter ut ad presens spectat pōt pttingere. pmo si ea que accipit nō potest reducere ad immediata. 2° si subm illud ad qd talia immediate reducit sit adeo speciale qz ex eo cois animi pceptio sumi nō possit. pmo modo pspectiua subalternat geometrie. pspectiua enim est de linea non simpliciter sed de linea visuali ut visualis est: z qz fm qz huius non pōt visualem trāscendere: ea que probat de linea visuali que innitunt linee simpliciter pspectiua nō pōt talia ad imediata reducere ppter qd oportet eaz uti principijs nō per se notis sed declaratis in illa sciētia cuius est psiderare de ea simpliciter: ex quo patere pōt qz quotienscūqz aliqua sciētia pmo z principaliter psiderat aliqd subm sub aliqua passione que nō equatur subo illi: oportet eaz uti principijs non per se notis. qz accipit ea que fm suā spēm nō pōt ad imediata reducere. 2° modo medicina subalternatur phisice. Naz si medicina est de corpore humano circa qd psiderat sanū uel egrum que insunt omni corpori humano. tñ qz corpus humanū dicit qd ualde speciale: z qz simpliciter z per se nota ut hic de eis loqmur debēt esse in terminis coibus. ideo quātumcūqz accipet aliquas imediatas passiones circa tale subm: oporteret tñ aliqua presupponere a scientia supiori. ubi per ea que ibi tradunt talia specialia declarari habēt. nullo aūt isto rū modoꝝ phisica subalternari habet. Nā cuz ad phisicum spectet psiderare de omni corpore sensibili absqz eo qz trāscendat pprios limites poterit reducere ea que psiderabit de tali corpore ad imediata. Rursum qz corpus sensibile est ualde quid cōe poterit naturalis phūs circa tale corpus cōsiderare aliqua per se nota ad que poterit reducere que pbant in tali scientia: per se nota enim possunt sumi nō solū ex ente. sed etiam ex his que sunt infra ens. Nō solum enim per se notū z cois pceptio qz de qlibet: oppz esse uel nō esse. Sed etiaz cois cōceptio est qz si ab equalib' equalia demas que remanent equalia. sed tñ cum maxime proprium sit quātitati fm eam equale uel inequale dici dictum pncipiū non imediate sumetur ex ente sed ex gte

entis ut ex quātitate ꝛ si ex q̄titate talia per se no-
ta sumi possunt nulli dubiū esse debet ꝙ ul'r ex cor
pore sensibili talia ꝓncipaliter possunt sumi ꝛ inde
est ꝙ oēs alij libri phie nālis in quibus determinaꝛ
de mobili contracto innituntur huic libro ubi deter-
minaꝛ de mobili simpliciter. ꝓncipia enim nota per
se magis sumi habent ex mobili simpl'r q̄ȝ ex mo-
bili ꝯtracto. est ergo scientia nālis non subalterna
q: que assumit pōt reducere ad per se nota. iā si il-
la per se nota ei negarentur nō haberet vnde proba
ret illa nisi ageret ultra suam spēm. pōt enim scien
tia specialis uti principijs per se notis: ꝛ hoc suffi-
cit ut non dicaꝛ subalterna. Si in talia ꝓncipia po-
terit reducere que assumit probare tñ ea si negarē
tur est primi ph'i ꝛ nō alicui' artificis specialis: qua
re aūt spectat ad primū phūm disputare ꝯtra negā
tes principia ꝛ nō ad artificem specialē infra diceꝛ
Cum ergo queriꝛ utruȝ hec scientia subalternetur
meth'. patet ꝙ nō ꝓprie cū possit reducere assum-
pta in per se nota. ¶ Rationem aūt in ꝯtrariū non
est difficile soluere. quia non sufficit ꝙ subiectū sit
sub subiecto ut scientia subalterneꝛ scientie nisi for
te vellemus accipere subalternationem large. Nā
cū nomina sint ad placitū. possemus illud subalter
nationem appellare. tamen ut ostensum est non est
sciētia subalterna. nisi q: que sumit non possit ꝓdu
cere in per se nota qđ proprie nō cōpetit sciētie na-
turali. ¶ Ulterius forte dubitaret aliquis dato sciē-
tiam naturalē nō proprie ꝛ simpliciter subalterna-
ri methaphisice nec alteri scientie ꝛ cōcesso metha
phisicā esse primam philosophiā: q: est de abstra-
ctis ꝯsurgit dubitatio si nō essent alique res abstra
cte. utrū phisica esset philosophia prima. videꝛ au
tem ꝙ no: q: si nulla esset substātia abstracta ꝛ non
essent aliqua entia nisi corpora adhuc differret ꝯsi
derare corp'a in eo qđ mobilia ꝛ in eo ꝙ entia. non
ergo esset phisica prima scientia cū ꝯsideret de cor
poribus in eo ꝙ mobilia non in eo ꝙ entia. ¶ Am
plius quedā pars meth'. est de corporib' mobilib'
ut septimus ubi determinaꝛ de substātia sensibili.
Sed methaphisica ſm se ꝛ ſm oēs partes suas ꝓ-
cedit phisicam. q: igiꝛ non existente substantia ab-
stracta adhuc remaneret pars prime philosophie
que est de substātia mobili. Si poneretur substantia
abstracta nō esse non oporteret phisicam esse philo-
sophiā primam. ¶ Ad hoc aūt dici potest ꝙ ad sci
entiā illam que ꝯsiderat de passione inherente om
ni tali spectat ꝯsiderare de omni illo simpliciter ut
si rectū ꝛ curuū inest omni linee qui cōsideraret de
omni curuo ꝛ omni recto ꝯsiderare posset vniuersa
liter de omni linea. Si igiꝛ nō esset substantia ab-
stracta ꝛ oia essent mobilia scientia que ꝯsideraret
vniuersaliter de omni motu consideraret vniuersa
liter de omni ente ꝛ eadem esset scientia de mobili
simpliciter ꝛ de ente simpliciter. Nō enim esset pos-
sibile aliquem cōsiderare per se de vno qđ conuer
tiꝛ cum ente vel de aliquo alio qđ consequereꝛ to-
tum ens ꝛ tamen de ente simpliciter cōsiderare non
posset. ideo bene dictum est ꝙ scribiꝛ meth'. 6. ꝙ si
non esset aliqua substantia imobilis scientia natu-
ralis erit prima ꝛ sciētia eius erit philosophia vni-
uersalis. ¶ Opposita aūt his facile soluuntur. nam
cū diciꝛ ꝙ si non essent nisi corpora adhuc ꝯsidera
re talia in eo qđ entia differret ꝛ esset prius q̄ȝ con
siderare ea in eo qđ mobilia. patet ꝑ hoc posito ꝙ
alia sciētia non ꝯsideraret de corporibus in eo ꝙ en-
tia ꝛ in eo qđ mobilia. Qđ aūt additur methaphi-
sicā ſm se ꝛ ſm suas ptes ꝓcedere philosophiam di
ci dȝ hypothesi stāte nō esse methaphisicam ſm se
nec ſm suas partes aliā a phica. sed phica esset ip
sa methaphisica. Ideo enim philosophia ꝓma dif
fert a phica: q: differt considerare corpora in eo ꝙ
entia ꝛ in eo ꝙ mobilia. Sed hac positione posita
nō differret vel si differret non esset dīa que face-
ret alietatem in sciētia: sed ad eādem artē spectaret
utrūqȝ ut dictū est. ¶ Ulterius aūt dato ꝙ si non
essent entia abstracta phisica esset ꝓma ph'ia ꝛ ipsa
eadem esset de corpore mobili ꝛ de ente simpl'r: q:
ens simpl'r esset ens mobile. ideo sbm suū dici pos
set ens simpl'r ꝛ ens mobile. ꝯsurgit questio utrū re
bus se hñtibus ut nūc sbm in scientia nāli posset di
ci ens mobile vel corpus mobile. ꝛ videꝛ ꝙ nō sit
bene dictū corpus mobile esse sbm huius. Nam cū
probeꝛ in 6° huius ꝙ omne corpus est mobile ꝛ
omne mobile corpus frustra ibi addereꝛ mobile.
¶ Amplius nulla sciētia ꝓbat suū sbm: sed in libro
celi ꝛ mūdi inuestigaꝛ notitia corp'is mobilis ꝙ nō
eēt nisi nālis hoc ꝓbare posset. ergo ꝛc. ¶ Ad hoc
aūt pōt dici magistros fuisse huius positionis qđ
in nāli ph'ia sbm eēt nō corpus mobile sed ens mo
bile. Nos enim ut eorum intellectū reprobemus ad
quem nō attingimus: sed ut teneamus positionem
quam melius intellectu capimus. dicemus in nāli
ph'ia subm esse corpus mobile nō ens mobile. Oc
currūt enim nobis duo incōueniētia si ens mobile
diceretur esse subm. primū est q: hoc posito nālis
philosophia est methaphisica vel pars ei'. Scđm
est ꝙ hec scientia non ꝓcederet ex per se notis. ꝓ'm
sic patet. ens enim nō contrahiꝛ ad modū generis
ita ꝙ addita sibi dīa ꝯstituat specialem modū en-
tis. Sicut dīa addita generi cōstituit spēm: in tali
enim additione additū est extra rōnem eius cui fit
additio. dīa enim est extra rōnem generis. si ergo
ens haberet talē dīam tūc additū enti non habe-
ret rōnem entis. ideo diciꝛ 3° metha'. ꝙ si ens ha
beret dīas eius dīa esset nihil. modus ergo ꝯtra
hendi ens est per diuersos modos essendi ꝛ sic cō-
stituit diuersos modos entiū. Et q: ad illam sciēti
am ad quam ꝑtinet ꝯsiderare de ente ad eam ꝑti-
net ꝯsiderare de diuersis modis eēndi ꝛ de ꝑtibus
entis: q: dicēdo ens mobile. ly mobile si ꝯhat ens
hoc erit per aliquem spālem modū essendi. meth'a
ad quā ꝑtinet ꝯsiderare de ente ad eā ꝑtinet ꝯside
rare de ente mobili. si ergo sbm nālis ph'ie eēt ens
mobile phica vel esset methaphisica vel pars eius.
Itē cū hec passio que est motus nō fluat a re in eo
ꝙ ens de ente mobili in eo ꝙ mobile nō poterit eē
sciētia per se. lȝ forte possit esse sciētia subalterna ꝛ
quasi per accñs. Si ergo de ente mobili erit scien-
tia per se ꝛ sciētia que sit essentialis pars ph'ie non
erit de eo in eo ꝙ mobile: sed in eo ꝙ ens quo posi
to nulli dubiū est phicam vel esse methaphisicā vel
partē eius. est aūt diligēter notādum ꝙ quotiens-
cūqȝ aliqua passio adiungiꝛ alicui subo que per ac
cidens se habet ad ipsum ꝛ non oriꝛ ex principijs
eius ſm qđ huius tūc si fiat ꝯsideratio de illo sbto
rōne illius passionis erit sciētia subalterna ꝛ quasi
per accidēs ꝛ ꝓprie ꝛ directe essentialis pars ph'ie
eē nō poterit ut si de linea visuali est aliqua sciētia
q: visuale nō oriꝛ ex ꝓncipijs linee ſm ꝙ huius de

linea visuali fm q visualis est sciētia per se que sit eēntialis pars phie eē nō poterit sic q2 motus non orit ex pncipijs entis sz q huiꝰ. qnimmo eē mobilitatis q̄ɜdā habet opponē ad ēē entis ut declarari habet ex liᵒ de causis ex libro ꝓculi. De ente igit mobili sub ratione qua mobile nō poterit eē sciētia per se. op3 ergo dare aliqd sbm ex cuius pncipijs fm q huius oriat motꝰ ad hoc q de eo in eo q mobile possit esse scia per se. uel si de ente mobili uellemus huiꝰ sciētiā esse hoc nō erit in eo qd mobile ſʒ in eo q ens ⁊ tūc huiꝰ scia que haberet tale sbm uel eēt methaᶜᵃ uel pars eius. Melius ergo est dicere corpus mobile in eo q mobile eē tale sbm. q2 a pncipijs corporis sensibilis fm q huiꝰ fluit hec passio que est motꝰ. ideo de corpe mobili in eo q mobile poterit esse scia per se que erit eēntialis pars phie que nec erit methaphisica nec pars eius. ¶ Secunda via de leui pz. nam ut dicebat in qōne de subalternatiōe qn aliqua sciētia ꝯsiderat aliqd sbm sub aliqua passione que ei nō equat nō poterit que ꝯsiderabit circa tale subm reducere ad imediata ⁊ per se nota. Cum ergo motus nō equet enti si eēt aliqua scia de mobili ente in eo q mobile: oporteret illam ꝓcedere nō ex per se notis qd est inconueniēs dicē circa phiam nālē. Si ergo sub rōne mobilis uolumus de aliq subs ꝯsiderare nō possumus dicenda de motu reducere ad imediata ⁊ per se nota. Dicemus igit subm esse corpus mobile nō ens mobile. Unde Auicēna in pᵒ sufficiētie sue assignat pro subo huius scie corpus sensibile siue corpꝰ mobile ut sbiacet mutationi. Si vo nō essent hee abstracte bene dictus eēt q ens mobile eēt sbm in nāli phia. Sed rebus se hntibus ut nūc hoc nō est bene dictū: q2 hoc posito uel phica esset scia per accns uel nō differret a methaphisica ⁊ ulterius ut dictū est nō ꝓcederet ex per se notis quoꝝ qolibet est īcōueniēs. Si ergo dicēdū esse q ens mobile nō sit sbm in hac sciētia. tn q2 viri magne auctoritatis dixerūt ꝯtrarium non est hoc sic primaciter asserendum q claudat via ad ꝯtrie opinandū. ¶ Oppositū aūt hijs nō est difficile soluere. Nam cū di q frustra addit ibi mobile cū non ꝯbat corpus: q2 omne corpꝰ est mobile ⁊ ex dici pot q ꝯtrere aliqd pot esse dupli uel q̄tū ad supposita uel q̄tum ad ꝯsiderationes. Mobile enim iz nō ꝯtrahat corpus quātū ad supposita. cōtrahit tn ipsum quo ad ꝯsideratione; q2 nō ois cōsideratio est de corpe sub rōne qua mobile. uel possumus dicere nō frustra dictus esse corpus mobile in eo q mobile esse tale sbm. Nā3 per hoc q dicit corpus mobile separat phica a methaphisica que magis est de subiectis abstractis q̄ de mobilibus corpibus. per hoc vo q addit in eo q mobile separatur a mathematica que lz sit de mobilibus non tn est de eis ut mobilia sunt. posset autē ecōuerso hoc adaptari ⁊ forte magis ad ꝓpositū. mathematica enim ⁊ si est de mobilibus hoc est solū per accidens ideo in ea de motu ⁊ trāsmutatione nō agit. methaphisica enim de rebus mobilibus est aliquo modo per se. lz nō ita pncipaliter ꝯsiderat de eis ut de abstractis. vnde liber vnus methaᶜᵉ est de substantia sensibili ⁊ de rebus nālibus ⁊ mobilibus. tamē nō est de talibus mobilibꝰ ut mobilia. sed ut entia igit per hoc q phica est de corpore mobili separat a mathematica cui extraneum est considerare de motu. per hoc vo qd additur in eo q mobile separat a methaphisica. ubi ⁊ si agit de mobilibus hoc nō est in eo q mobilia: sed in eo q entia ut dictum est. Quod vo addebat q2 nulla sciētia ꝓbat suum subiectum. dicimus ratione supponere falsum. Naturalis enim no ꝓbat corpus mobile esse. Si enim naturalis ꝓbaret corpus mobile esse posset cōtra negantē motum arguere. sed ut patet ex pmo phisiᶜᵒʳ. phisicus presupponit motū esse ⁊ cōtra Parmenidem ⁊ Melissum negantes motum ut ibi dicit. Naturalis fm q huius disputare non debet sicut nec geometra debet soluere rōnes negantes principia geometrie. ⁊ si nālis presupponit motū esse. multo magis presupponit corpus esse: q2 motus presupponit corpus sicut passio presupponit subiectum. Sed si naturalis psupponit corpus ⁊ motu3 de necessitate presupponit corpus mobile. Si ergo dicatur phisicum cōsiderare ꝓbare corpus mobile esse q2 ꝓbat omne corpuſ mobile esse ⁊ ecōuerso. patet q ex hoc nō probat corpus mobile esse. sed ostēditur q hec passio que est motus cōuertibiliter inest corpori. Supponit ḡ phisicus corpus mobile esse ⁊ q corpora naturalia mouentur ⁊ cōtra negantē hoc disputare nō potest. ¶ Sed utrum oia corpora naturalia moueantur ⁊ utrū motus cōuertibiliter insit corpori hoc non supponit: q2 ut cōmētator ait. dubium est de aliqbus corporibus ut de partibus terre que sunt circa centrū. utrum moueri possint aut non. ¶ Ideo signanter phisicus ait. nobis aūt que natura sunt subijciatur moueri omnia aut quedam. Nō igitur ꝓpter auctoritatem predictas probat a phisico corpus mobile esse. Sed si dicat phisicum ꝓbare tale corpus esse. q2 in principio celi ⁊ mūdi notificatur quid est corpuſ. dici debet q phisicus potest aliquid assumere ad declarandus quid est motus ⁊ quid est corpuſ. Sicut ergo q2 in 3ᵒ phisiᶜᵒʳ. inuestigat quid est motus: nec tamen propter hoc ꝓbat motum esse: sed supponit ut pōt haberi ex pmo huius sic. q2 in pncipio celi ⁊ mūdi venatur ⁊ declarat quid est corpuſ. non tamē propter hoc probat corpus esse. ¶ Ulterius forte dubitaret aliquis utrum sit idem subiectū in tota philosophia naturali ⁊ in hoc libro ⁊ videtur q sic. quia in hoc libro subiectum est corpus mobile simpliciter non contracto ad hoc uel ad illud. sed corpus mobile est subiectum simpliciter in tota philosophia naturali. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc autem dici oportet q equiuocatur in eo q simpliciter. in tota enim philosophia naturali subiectū est corpus mobile sumptum simpliciter. i. sumptū fm omnes sui acceptiones. ad naturalem enim pertinet ⁊ cōsiderare de corpore mobili fm omnem modum ⁊ fm acceptionem motus. In hoc autem libro subiectum est corpus mobile sumptū simpliciter. i. vniuersaliter. cōsideratio autē particularis de corpore mobili non pertinet ad hunc librum. pertinet tamen ad philosophiam naturalem. ¶ His visis ad expositiones littere accedamus.

Explicit Prologus.

¶ Fidelissimi Aristo. interpretis Egidij Romani almi ordinis Heremitarum super octo libros physici auditus commentaria. Lectio .i.

Quoniam qdē intelligere ⁊ scire cōtingit circa oēs scias quarū sunt pncipia: aut cause: aut elemēta ex horū cognitione.

Liber iste phi. quē pmanib⁹ habemus diuidit i partes duas. In phemiū ⁊ tractatū. pars executiua incipit ibi Necesse autē nut vnū. ¶ Ad euidētiā pme ptis notādū ut habeat qdā pcognitio de dicēdis. Si enim negociū eēt manifestū ⁊ breue nō esset utēdū phemio ut dr 3° rhet. In hoc aūt li° tradunt pn rerū nāliū in uli: ⁊ sub mō cōfuso. iō phūs ut det nobis qdā pcognitionē de dicēdis ostēdit hūc eē ordinē pcedēdi in scia nāli: q: pus tradenda sunt pncipia in uli ⁊ tractādū est de corpe mobili in cōi q sit in h li° ⁊ postea sunt tradēda talia ulia spālr ⁊ distincte qd faciūt alij libri seqntes. p ea g que dicunt in h phemio manifeste pbat hūc librū priorē eē oib⁹ alijs libris h⁹ artis. Ad h aūt pbādū pōt sic rō formari. i oi scia cui⁹ sūt pn causē ⁊ elta accipiēda est pus cognitio ex cognitiōe illoꝝ pnoꝝ sm modū nr̄z ⁊ ut sum⁹ apti nati scire. Sz in phia nāli sum⁹ apti nati scire nō ex porib⁹ nāe: sed ex porib⁹ nobis ⁊ ex his q sūt magis ulia ⁊ ɔfusa. g ⁊ in tali scia accipiēda est pus cognitio pnoꝝ in uli ⁊ sub mō ɔfuso. Sz tūc est supplēdū q talis est cognitio tradita in h libro. g liber iste por est in tota nāli phia. hec aūt rō fundat sup duab⁹ ppōnib⁹: quaꝝ p̄a est q in oi scia cui⁹ sūt pn ⁊ cause ɔtingit scire ex cognitiōe illoꝝ. Scda est q nr̄a cognitio incipit a magis ɔfuso ⁊ a porib⁹ nobis nō a porib⁹ nature. ¶ Diuidit g istud phemiū in ptes duas. q: p manifestat ppōnē p̄am. 2° 2am ibi Innata aūt ⁊c. Circa p̄m tria facit. q: p pponit qd itēdit. 2° pbat qd dixerat. 3° ɔcludit intētū. 2a ibi tūc g cognoscē. 3a ibi manifestū qdē quot. ¶ Dicit g p q circa oēs sciētias quaꝝ sunt pn aut cause aut elta ɔtingit itelligē aut scire ex cognitione eoꝝ. s. pnoꝝ cāꝝ ⁊ eltoꝝ. ¶ Notādū aūt q dicit itelligē ⁊ scire: q: ut coiter ponit itelligere dicit actū itellect⁹ simplicē sm quē format diffinitio scire aūt respicit itellectū cōponētē sm quē format enunciatio. Cū g diffinitū cognoscat per principia diffiniētia. enūciatio vo cognosci habet per principia pbantia ⁊ demōstrātia. ideo iam intelligere q̄z scire in quālibet sciētia contingit per principia eoꝝ que tradunt in illa scientia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tūc enim cognoscere arbitramur vnūquodq cum causas primas ⁊ prima pn cipia cognoscimus ⁊ usq ad elementa.

¶ Probat qd dixerat dicēs q cois existimatio h testat q cognitio fit p cās ⁊ prin. q: tūc arbitramur cognoscē vnūqdq cū cognoscimus cās primas ⁊ p̄a pn cipia ⁊ usq ad elemēta. ¶ Notādū aūt h a diuersis expositorib⁹ peripatheticis diuersimode fuisse expositū. Alex. enī voluit ut ɔtor ait q per principia p̄a intelligeremus cās agētes ⁊ mouētes: q: efficienti p cōpetit rō principij per cās finis: q: finis est cā causatū per elemēta dz intelligi mā ⁊ forma. eltm enī dicit aliqd est qd in re. cause aūt itrinsece sunt mā ⁊ forma. est g sensus q tūc arbitramur cognoscere vnūqdq cū cognoscimus cās efficiētes ⁊ finales ⁊ hoc usq ad elemēta. i. usq ad cās intrinsecas. Cōmētator aūt sic exponit dicēs q cause qdā sunt extrinsece qdā itrinsece. Intrinsecaꝝ aūt qdā sunt remote ut p̄a mā ⁊ p̄a forma. qdā ppinq ut mā hui⁹ uel illi⁹. ait g q que sunt pter primā mām ⁊ ultimā formā rerū nāliū sunt materie cōposite ⁊ forme cōposite. h pmisso ait q per pn itelligit cās extrinsecas p cās primas itelligit cās itrinsecas ⁊ remotas per elta itrinsecas ppinqs. tūc g cognoscimus rē qn cognoscimus ei⁹ cās extrinsecas ⁊ intrinsecas remotas usq ad itrinsecas ppinqs. Alpharabi⁹ aūt vult q ad qdlibet scire ɔcurrāt tria. s. p ppōnes que sunt animi cōes ɔceptiōes que nō igrediunt demōstrationē sm sbam. sed sm vtutē quas ppōnes ipse appellat plogos. Scdo ɔcurrūt ibi principia ppria demōstrationis cuiusmodi sunt ipsa media que igrediunt demōstrationē sm subaz sed nō sunt aūt ɔnē. est ergo sensus q tūc cognoscimus vnūqdq qn scimus principia. i. cōes animi ɔceptiōes ⁊ causas ⁊ ppōnes pmissas ⁊ ppria pncipia demōstrationis ⁊ hoc usq ad elemēta. i. usq ad ea que ingrediunt ɔnē. qualitercūq tn̄ exponat semp appareat q cognitio est per pncipia. ¶ Notādū etiā q dicit pncipia cās ⁊ elemēta ut ɔnumerat oia genera cāꝝ. q: sm Alex. hec sciētia pcedit ex oib⁹ causis. quedā enim scie ɔsiderāt de cā formali tm̄ ut mathematica. quedaz de tribus causis. s. de motore ⁊ forma ⁊ fine ut scia diuina. quedā aūt de oib⁹ quattuor ut naturalis. hoc aūt quō sit intelligēdum in 2° apparebit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifestū qdē quot ⁊ que sūt circa pn scie: que de nā ē pus determiare tētādū.

¶ Cōcludit intētū. ɔtinuet aūt sic. qm circa oēs scientias ɔtingit itelligere ⁊ scire ex cognitione pncipiorū in illa sciētia. ergo hoc cōtingit in sciētia naturali. manifestū est igitur q prius est tētandū ea determinare que sunt circa pncipia huius sciētie que est de natura. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Innata aūt est ex notiorib⁹ nobis via: ⁊ certioribus in certiora nature ⁊ notiora. Nō enim eadē nobis nota ⁊ simplr. Unde qdē necesse sm modū hunc pcedere ex incertioribus nature: nobis autem certioribus in certiora nature ⁊ notiora.

¶ Manifestat ppōnem 2am. ɔtinuet aūt sic. dictū est aūt sic q in sciētia nāli p tētandū est determinare que sūt circa principia. Sed hoc faciēdū est in uli ⁊ sub mō ɔfuso. q: sic apti nati sumus ad sciēdum. prius enī sunt nobis nota ɔfusa q̄z distincta ⁊ ulia q̄z singularia. duo autez facit sm q dupl̄r pbat cognitionē nr̄am incipe ab ulioribus ⁊ a magis ɔfusis. p enim pbat hoc per ratione. 2° per signū. 2a ibi ⁊ pueri primo. ¶ Ad euidētiā aūt pme ptis notandū q cōtra cognitionē nr̄am quā habemus de rebus nālib⁹ est multa cōsiderare. primo ipsas res naturales de qbus cognitionē habemus. scdo sensum per quē cognitionez accipimus. Incipit enim nr̄a cognitio a sensu. 3° est ibi cōsiderare ipsa nota ⁊ ipsas diffinitiōes per que talis cognitio exprimitur. tria ergo facit sm qd tripl̄r pbat ppositū. q: primo pbat hoc cōparādo itellectum ad nām siue ad res nāles de qbus cognitionē hēmus. 2° cōparan

do itellectū ad sensus.3° pbat h̄ cōparādo diffinitiones ad noīa.2° pars ibi[totū enim.]3° pars ibi[sustinēt aūt.]Circa primus itēdit tale rōnē innata est nobis via ⁊ incipit cognitio nr̄a a priorib° nobis nō a prioribus nature. Sz priora nobis sunt nota uliā ⁊ ɔfusa.ergo est incipiēdū ⁊ pcedēdū ab ulib° ⁊ ɔfusis. In hac aūt ratione sic pcedit.q2 p̄ pponit maiorē ⁊ declarat eam.2°ponit minorē ⁊ ipsam declarat.3°infert ɔnē intētā.2° ibi[sunt aūt primū.] 3° ibi[vnde ex ulibus.]Dicit ḡ q̄ innata est nobis via ex notioribus ⁊ certioribus nobis in ea que sūt certiora ⁊ notiora nature.qd̄ declarat sic.q2 nō sūt eadē nobis nota ⁊ simpliciter.cū ergo nota simpliciter sunt nota nature:q2 nos pcedimus ex notioribus nobis in ea que sunt nota simplr̄. Necesse est ergo ẜm hūc modū.s.ex incertiorib° nature.certioribus aūt nobis pcedere in ea que sunt nature notiora ⁊ certiora. ¶ Notandū aūt q̄ quāto aliq̄ magis sunt in actu ⁊ plus hn̄t de pfectione tāto q̄tuz est de se magis sunt cognoscibilia.ideo talia dicūtur nota nature:q2 cum de nā sui plus habeant de pfectiōe ⁊ de entitate seqtur q̄ plus habeāt de veritate ⁊ per ɔñs q̄ sint magis cognoscibilia. Sed q2 itellectus noster ad ea que sūt manifestissima in natura se habet sicut oculus noctue ad lucē diei.iō ea que sunt magis nota nature sūt minus nota nobis.Terminaẜ ergo nostra cognitio ad nota simpliciter que sunt nota nature:sed incipit a notis nobis que possunt dici ignota simpliciter ⁊ quodāmodo ignota nature. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt aūt p̄mū nobis manifesta ⁊ certa ɔfusa magis. Posteri° aūt ex his fiūt nota elementa ⁊ principia diuidētibus hec.

¶ Ponit minorē p̄dicte rōnis.d.q̄ sunt nobis p̄mū nota ⁊ certa magis ɔfusa.posterius autē ex his rerū magis ɔfusis fiunt nobis nota elemēta ⁊ principia.diuidētibus hec.i.huius ɔfusa. ¶ Notādū autem q̄ cū noster itellectus nō nascaẜ plenus speciebus:sed in sui primordio sit sicut tabula rasa cū nascimur sumus in potētia ad sciēdū. ⁊ q2 act° est qui distinguit ut dicit 9° metha^ce. ⁊ ẜm q̄ aliqd est in potētia est indistinctū ita nostra cognitio:q2 de potētia tēdit in actū incipit a ɔfusis ⁊ idistinctis ⁊ terminaẜ ad spālia ⁊ distincta.pp̄ter qd̄ pz nobis esse prius nota ɔfusa magis. ¶ Notādū etiā q̄ cognitio de re absolute est quasi ɔfusa respectu cognitionis ei° cuz resoluiẜ in sua principia.iō phūs ad declarationē minoris.s.ut ōnderet esse p̄^m nobis nota magis ɔfusa manifestauit per hoc q̄ p̄ cognoscimus res ipsas aliq̄li cognitiōe quā sciamus eas resoluere in sua principia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Unde ex vniuersalibus ad singularia oportet procedere.

¶ Posita maiori q̄ pcedēdū est a notioribus nobis addita minori qd̄ nobis sunt prius nota magis cōfusa infert ɔnē intētā:vz q̄ oportet pcedere ex ulibus.i.ex ɔfusis in singularia.i.in ea que sūt distincta. ¶ Dubitaret forte aliquis q̄ cuz nr̄a cognitio icipiat a sensu ut diciẜ p̄ poste^r.videẜ q̄ nostra cognitio incipiat a singularib° ⁊ tēdat in ulia. ¶ Ad hoc aūt dici pōt q̄ nō intēdit phūs dare prioritatē ⁊ posterioritatē inter cognitionē intellectiuaz ⁊ sensitiuā:sed intēdit ostēdere q̄ cognitio intellectiua vniuersalis ⁊ ɔfusa p̄cedit huius cognitionē singularez ⁊ distinctā q̄ etiā circa sensum veritatē habet q̄ sensus prius apprehēdit res sub modo cōfuso q̄z sub modo distincto. ¶ Ulterius autē cōsurgit questio vel dubitatio q̄ si intēderet hic ẜm p̄oritatem ⁊ posterioritatē cōparare cognitionē intellectiuā ad intellectiuaz ⁊ nō intellectiuā ad sensitiuā non diceret cognitionē vniuersaliū p̄cedere cognitionē singulariū:q2 singulare est duz sentiẜ.particularia enīz directe obiecta intellect° esse nō pnt. ¶ Ad hoc aūt dicēdum q̄ ẜm ɔ^rem per singularia nō intēdit indiuidua:sed intēdit spēs ⁊ ultimas uł quasi ultimas.i.intēdit spēs specialissimas uł quasi specialissimas.vult ergo philosophus q̄ pri° cognoscimus vniuersalia q̄z singularia.i.genera ⁊ cōmunia q̄z species quorū utraq3 sunt obiectum intellectus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Totū enim ẜm sensuz noti° est. Uniuersale aūt totum quoddā est. Multa enim comprehendit ut partes vniuersale.

¶ Probat hoc idē cōparando intellectū ad sensum:q2 sicut se habet sensus ad sensibilia sic se habet intellectus ad itelligibilia. Sed sensus prius ferẜ in totā rem q̄z in ptes rei.totū enim ẜm sensuz notius est: ⁊ q2 vniuersale est qd̄dā totū:q2 vniuersale cōprehēdit multa ut ptes eius.ideo semp̄ itellectus prius ferẜ in vniuersale ⁊ in genus q̄z in singulare ⁊ in speciē.ergo ulia ⁊ cōfusa sunt nobis magis nota qd̄ pbare volebamus. ¶ Notādū aūt q̄ ẜz perspectiuū visus primū ferẜ in totā rem q̄z in partes rei ⁊ prius apphēdit rez indistincte q̄z distincte.vnde ait q̄ si alicubi essent subtiles sculpture non statim cū viderem° illud apphēderemus sculpturas illas. Sed prius ferreẜ visus in totā rem indistincte: ⁊ postea diligēter intēdēdo apprehēderemus sculpturas illas.sic est ergo de sensu ⁊ intellectu. vtercg3 enīz prius apphēdit suū obiectū indistincte q̄z distincte. ¶ Dubitaret forte aliqs:q2 dicebatur philosophū nō intēdere cōparare intellectū ad sensum:sed vnā cognitionē itellectiuā ad aliā qd̄ plane patet esse falsum.cū hic intellectū ad sensum cōparet. Dicendū hanc obiectionē modici ponderis esse.nō enim hic cōparat intellectuz ad sensum ut prius dicebaẜ.vz q̄ prius intēdat pbare cognitionē intellectiuā p̄cedere sensitiuā:sed ostēdit q̄ sicut vna cognitio sensitiua precedit aliā:q2 indistincta p̄cedit distinctā sic vna cognitio itellectiua precedit aliam:q2 confusa ⁊ vniuersalis precedit non confusam ⁊ singularem. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ Sustinent autem idem hoc quodāmodo ⁊ nomina ad rationem. Totuz enim quodammodo ⁊ indistincte significat:ut puta circulus. Diffinitio autem ipsius di uidit in singularia.

¶ Addunt tertiā rationem ad propositū cōparando diffinitiones ad nomina dicēs:q̄ hoc idem quodāmodo sustinent nomina ad rationem.i.ad diffinitionē.sunt enim nomina prius nota q̄z diffinitiones:q2 nomina significāt quoddam totū indistincte.utputa circulus id qd̄ significat dicit per modū ɔfusum.diffinitio aūt ips̄° circuli diuidit in singularia qd̄ significat p̄ modū distīctū. ¶ Notādū aūt q̄ idē significat nomē ⁊ diffinitio.nā ratio quā

significat nomē ꝗ diffō ut pōt hri ex 4° metbᵉᵉ. idē eni significat hō ⁊ aial rōnale: ſꝫ hō significat illud sub mō ꝯfuso aial rōnale sub mō distincto: qꝛ cōgregat i se gen⁹ ⁊ dīntia q̄ sūt in se p̄ıcipia ꝯstituētia q̄ditatē hoīs. iō hn̄ dcm̄ est ꝙ diffō diuidit in singularia: qꝛ diuisim exprimit q̄ditatē diffiniti ſꝫ singl'a p̄n⁹ ei⁹. iō in 8° metbaᶜᶜ cōmēdant diffōnes aristoteli que erāt p oē gen⁹ cāe: qꝛ ꝗ multoꝝ noīa scimus quoꝝ diffōnes ignoram⁹ pri⁹ nobis inotescūt res ut significant p noīa q̄ꝫ ut exprimunt per diffōnes: ⁊ qꝛ p noīa significant cōfuse p diffōnes distincte iō cognitio nr̄a cōfusa p̄cedit distinctam. ¶ Dubitaret forte aliqs qꝛ vr̄ p̄hs sibi ꝯdicere. Dixerat eni supra ul'ia eē nobis notiora singl'aribus. gn̄a eniꝫ ut dicebat sunt notiora spēb⁹. ꝑ aūt dicit ꝙ nomē quo ad nos est pri⁹ notum q̄ꝫ diffinitio ut circulus q̄ꝫ diffinitio circuli: ⁊ qꝛ in diffōne ponit gen⁹ pri⁹ inotescit nobis spēs q̄ꝫ gen⁹ ut circulus q̄ꝫ figura. Est eni circulus figura in cui⁹ medio est pūct⁹ a q̄ linee ducte ad circūferētiā sūt eq̄les. Dicendū ꝙ p se loquēdo semp ꝯfusa ⁊ idistincta sunt nobis pri⁹ nota q̄ꝫ distincta. tēdit eni nr̄a cognitio ut dicebat ab imp̄fecto ad p̄fectū a po⁹ ad actū. ⁊ per ꝯn̄s ab idistincto ad distinctū. ⁊ qꝛ cognitio rei ut est quoddā totū est idistincta ⁊ q̄si ꝯfusa respectu cognitiōis ei⁹ ut distinguit p p̄tes. iō cognitio totius s̄m se p̄cedit q̄ ad nos cognitionē ei⁹ ut distincte cogl'scit in suis p̄tib⁹. ⁊ qꝛ gen⁹ vno mō hēt rōnē toti⁹ spēi. Alio aūt mō spēs est qōdā totum respectu gn̄is. iō cognitio spēi p̄cedit cognitionē gn̄is ⁊ ecōuerso. ¶ Ad cuius euidētiaꝫ notādū s̄m ꝯᵗᵉᵐ tres sunt modi cōpositiōis. s. cōpositio spēi ex suis causis ut ex gn̄e ⁊ dīntia: ⁊ cōpositio gn̄is suis spēb⁹ ⁊ ꝯᵗᵒʳ ait. utrūq; istoꝝ cōpositoꝝ est noti⁹ apud intellectū q̄ꝫ p̄tes. genus ꝗ ut est quoddā totū ⁊ confundit in se multas spēs p̄cedit cognitionē specierū. hoc eni mō ꝙ gen⁹ dicit cōfuse spēs dicunt distincte. Sic ēt spēs ut est qōdā totū ad gen⁹ ⁊ differētia: qꝛ ꝙ spēs dicit ꝯfuse ⁊ indistincte genus ⁊ dīntia illā q̄ditatē ⁊ nām explicāt diuise ⁊ distincte. iō isto mō pri⁹ est nota nobis spēs q̄ꝫ gen⁹. pꝫ ergo ꝯtrouersia text⁹ si distinguam⁹ iter has duas cōpositiones q̄rū vna est gn̄is ex spēb⁹ alia spēi ex suis causis. 3° cōpositio est ut dicit ꝯᵗᵒʳ idiuidui ex suis p̄tib⁹ q̄ꝫtitatiuis ⁊ ista cōpositio notior est apō sensum q̄ꝫ sue p̄tes. Naꝫ ut dicebat sensus prius fert in suū obꝫ s̄m se totū ⁊ sub mō ꝯfuso q̄ꝫ in p̄tes ei⁹. ⁊ sub modo distincto. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et pueri primū appellāt oēs homines patres: ⁊ matres feminas. posterius aūt determinant horum vnūquodq;.

¶ Manifestat qō dixerat per signū. Signū eniꝫ est ꝙ cognitio ꝯfusa p̄cedit cognitionē distinctam: qꝛ pueri primū appellant oēs viros p̄res ⁊ oēs feminas m̄res. posteri⁹ aūt determinant. i. distincte cognoscūt hoꝝ vnūq̄dq;. ¶ Notādū aūt ꝙ ꝑ signū qō dat p̄hs a t̄pe dat Auiᶜᵉᵃ a loco. sicut enim s̄m t̄ps cognitio ꝯclusa p̄cedit cognitionē distinctā: qꝛ pueri in p̄n° nō distincte cognoscūt p̄rem ⁊ m̄rem. ⁊ postea cū roborat cognitio i eis nō appellāt oēs viꝝ p̄reꝫ. Sꝫ distinguūt p̄reꝫ ab alijs viris. sic s̄m locū cognitio ꝯfusa p̄cedit distictā. Nā cū a remotis videm⁹ aliqō aial p̄ app̄et nobis ꝙ obsistit lusui. ideo iudicam⁹ ipsum eē corpus. postea aūt cuꝫ magis appropinquamus ⁊ videmus ꝙ mouet iudicamus ipm̄ esse aial. ⁊ cū ulterius appropinquamus cognoscim⁹ ipsum magis distincte: qꝛ discernemus lineamēta mēbroꝝ ⁊ tūc iudicam⁹ ipm̄ esse tale aial utputa hoīem ul' leonē. ⁊ sic magis semp appropinquādo distinctionē cognitionē habem⁹.

Lectio. II.

N Ecesse autem est: aut vnū esse p̄ncipium: aut plura.

¶ Quia ut dicebatur in prohemio ꝓcedendū est prius a cōfusis ad distincta ⁊ a principijs sub modo s. vniuersali ad alia sub isto modo sp̄ali. ⁊ distincto ideo in isto libro qꝛ p̄or est i p̄hia naturali determinatur de principijs rerū vniuersaliuꝫ in ul'i. ⁊ sub mō cōfuso. ideo ꝯᵗᵒʳ cōtinuās hāc partē ad p̄cedētē ait ꝙ finito ꝓlogo incipit perscrutari de principijs coībus rerū oium naturaliū. Sed ut supra dicebat naturalis p̄hus ūsat circa corpus mobile ut subiicet motui ⁊ mutationi. ad naturalē ergo pertinet determinare de corp̄e mobili ⁊ de motu. Diuidit ergo ista pars executiua in duas p̄tes: qꝛ p̄ determinat de principijs corp̄is mobilis. 2° incipit determinare de ipso motu siue de ipso corp̄e moᵇ. 2ª pars incipit in p̄icipio tertij libri ibi[Quoniā aūt natura est principiū mot⁹ ⁊c̄.] Circa primum duo facit: qꝛ primo determinat de principijs corporis mobilis intrinsecis ut de materia ⁊ forma. Scđo determinat de p̄ncipijs hui⁹ corp̄is tā itrinsecis q̄ꝫ extrinsecis enumerādo oēs causas eius. scđa pars incipit aliquātulū post principiū secundi libri ibi[determinatis aūt his.] ꝯsiderādū est de causis. Circa primum duo facit: qꝛ p̄ determinat de hui⁹ principijs ut de m̄ā ⁊ forma. 2° ostēdit talia esse naturalia ⁊ esse de ꝯsideratiōe naturalis. 2ª ps incipit in principio libri scđi ibi[eoꝝ que sunt alia ⁊c̄.] Circa primū duo facit: qꝛ p̄ circa huius principia narrat opiniones antiquoꝝ. Scđo ex dictis eoꝝ uenat ūitatē intentā. 2° ibi[omnes igitur ꝯtraria principia faciunt.] Circa primū duo facit quia primo narrat opiniones antiquoꝝ in vniuersali. Scđo exequit de eis in speciali. ideo ibi[quidem igitur si vnum ⁊ immobile.] ¶ Prima ps diuiditur in duas: qꝛ primo ponit quandam generalem diuisionē de principijs. secūdo exequit membra illius diuisionis ibi[etiam si vnum.] Dicit ergo ꝙ necesse est aut vnuꝫ esse principiū: aut plura. ¶ Notandum aūt ꝙ s̄m ꝯᵗᵉᵐ istud necesse sequit ex natura diuisionis. vnū eniꝫ ⁊ plura sufficienter diuidunt exn̄tia. Si ergo principiū est aliqō exn̄s oportet uel ꝙ sit vnū uel plura. ¶ Notandū autē ꝙ ita ex abrupto pars executiua incipit a principijs in cōmuni: qꝛ supponit materiā esse ex prohemio incipiēdū esse a principijs sic acceptis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et si vnuꝫ: aut imobile sicut dicunt parmenides ⁊ melissus: aut mobile: sicut phisici. Hi quidem aerem dicentes esse. Alij ūo aquam primuꝫ principium.

¶ Exequit de mēbris diuisiōis narrās diuersitateꝫ antiquoꝝ circa p̄icipia ⁊ duo facit: qꝛ p̄ narrat huius diuersitatē circa p̄icipia. 2° ostēdit ꝙ sic differebāt antiq in loquēdo de p̄icipijs. sic ēt differebāt

in loquēdo de entib⁹. 2ᵒ ibi ⌊ sil'r aūt querūt. ⌋ Circa pᵐ duo facit fm duo mēbra diuisionis q̄ p̄mi sit. Nā p̄ exequit̄ de ponētib⁹ vnū p̄nᵐ. 2ᵒ de ponētibus plura ibi ⌊ si aūt plura. ⌋ Dicit ergo q̄ si vnū est p̄nᵐ aut est imoˡᵉ sicut dicunt Par. ⁊ Meli. aut est moˡᵉ ⁊ pōt esse motū ⁊ transmutatū sicut dicunt phisici .i. nāles. quoꝝ quidā fuerunt dicentes ip̄m esse aerē. alij aūt aquā. Quidā v̄o dixerunt mediū esse iter aerē ⁊ aquā. de qb⁹ oib⁹ dicet̄ infra. ℭ Notandū autē q̄ qui ponebat hui⁹ p̄ncipiū p̄ᵐ fuisse mobile dicit eos esse phisicos .i. nāles: q: quodam mō nāliter loquebant̄ cū nō negarēt motum. dicit enim hoc ad differētiā Parmenidis ⁊ Melissi qui oīno innāles fuerūt cū negarēt simpl'r motū q̄ supponi debet a nāli pho. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ **Si aūt pl'ra aut finita: aut īfinita. Et si finita plura aūt vno: aut duo: aut tria: aut q̄tuor: aut s̄z aliū aliquē numeꝝ. Et si infinita: aut sic sicut dixit democrit⁹ gen⁹ vnū figura aūt ⁊ sp̄e differētia: aut ēt cōtraria.**

ℭ Exequit̄ de ponētib⁹ plura p̄nᵃ dicēs q̄ si hui⁹ p̄nᵃ sunt plura aut erūt finita aut īfinita. ⁊ si sūt finita ⁊ sunt plura vno aut sūt duo ut ignis ⁊ terra q̄ Par. dicebat eē p̄ncipia. aut sunt tria sicut posuerūt qdā nāles dicētes ignē aerē ⁊ aquā eē hui⁹ p̄nᵃ. aut q̄tuor: sicut dicit Empe. ponēs oīa q̄tuor el'ta hui⁹ p̄ncipia. aut sunt fm aliquē aliū nūm finitū. Si autē sunt infinita aut sunt sicut dicit Democrit⁹ ponens oīa p̄ncipia esse vnū fm genus ⁊ esse dr̄ntia ⁊ ꝯria figura ⁊ sp̄e. Aut supple sunt fm aliquē aliū modū utputa sicut dicit Anaxa. ponēs īfinita corpa sil'ia partiū esse huius principia. ℭ Notādū aūt Par. posuisse principiū esse vnū ⁊ imoˡᵉ. ⁊ tñ cū dicebat ignē ⁊ terrā esse reꝝ p̄nᵃ: sed quō hec sunt itelligenda īfra patebit. ℭ Notādū etiā Democritū posuisse oīa principia esse eiusdē gn̄is: q: oīa dicebat esse corpa idiuisibilia: s̄z hui⁹ corpa indiuisibilia erant dr̄ntia figura: q: quedā erāt triāgularia q̄dā q̄drāgularia. erāt autē ꝯria specie .i. nā: q: q̄dam erant nāe prioris quedā posterioris quedā erāt nā inferiora quedā supiora. Differebāt eni3 hui⁹ athomi fm Democritū figura: q: quedā erāt triangularia quedā q̄drangularia ordine. q: quedā priora quedā posteriora. positiōe: q: q̄dā iferiora q̄dā supiora. ꝯᵗᵒʳ aūt hūc textū sic expoit: q: fm ip̄m supposita vnitate gn̄is ul' est dr̄ntia fm sp̄em uel fm nūm Si ḡ principia sunt vnū fm gen⁹ aut sunt ꝯria sp̄e: aut sunt dr̄ntia ⁊ figura ⁊ q̄titate. dr̄ntia eni in talib⁹ ul' erit fm sp̄em ul' fm formā ul' fm nūm ⁊ fm q̄titatē. ℭ Dubitaret forte aliqs q̄re iter ponētes pluralitatē principioꝝ nō dat dr̄ntiā qō qdā ponerēt ea moˡᵃ qdā imoˡᵃ sicut iter ponētes vnū p̄nᵐ distinguit: q: qdā dixerūt ip̄m esse moˡᵉ qdā imoˡᵉ. ℭ Ad hoc aūt r̄ndēdu3 ꝯᵗᵒʳ. q̄ nullus ponēs plura principia dixit ea esse imobilia. Nō autē ex hoc sumi pōt: q: oēs ponētes plura principia dixerūt ea eē ꝯria ut īfra patebit. S3 si ꝯria erant trāsmutabāt se adinuicē ⁊ nō erāt imobilia. ponit̄ autē in cōmēto alia solutio. S3 q: nō videt̄ ita eē ad ppositum ideo dimittatur. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ **Sil'r aūt querūt: ⁊ que sūt: querentes q̄t sunt: ex quib⁹ enim sunt que sūt. Querūt p̄mū post hoc utrū vnū: aut pl'ra sint. Et si multa: aut finita: aut īfinita. Quare p̄ncipiū ⁊ elemēta q̄rūt utrū vnū: aut m'lta.**

ℭ Ondit q̄ sicut differebāt antiq in loquēdo de principijs sic differebāt in loquēdo de entib⁹ dicēs q̄ sicut q̄rūt de principijs q̄t sūt sil'r q̄rētes que sunt .i. de entib⁹ q̄rūt de principijs ex qb⁹ sunt entia utra sunt vnū aut plura. Si sūt m'lta ⁊ plura utrū sūt finita aut īfinita. q̄re querēdo de entib⁹ q̄re sit principiū ⁊ elemētū utrū sit vnu3 aut multa. nō eni faciunt dr̄ntiā inter q̄ōnem de entib⁹ ⁊ de principijs. ℭ Dubitaret forte aliqs: q: nō vr̄ eade3 questio de principijs ⁊ de entib⁹ sicut nō est eadē q̄ō de causis ⁊ effectib⁹. oīs eni effect⁹ hēt rōnē entis. vr̄ eni ridiculū dicere q̄ si aliqs poneret vnū principiū q̄ pp hoc poneret solu3 vnū ens ⁊ si poneret duo tm̄ esse principia q̄ pp hoc poneret duo tm̄ entia. ℭ Ad hoc aūt r̄ndet ꝯᵗᵒʳ q̄ antiqui solūmodo pceperunt māle principiū ⁊ nō formale ⁊ hui⁹ principiū māle dixerunt esse ens: q: posuerūt ip̄m esse corp⁹ ⁊ esse aliqd in actu. hoc aūt posito p3 solutio ad quesitū. Nā q: principia op3 manere ⁊ mā semp manet fm subam si aer uel aliqd aliō corp⁹ esset māle principium oīum semp maneret aer ⁊ gn̄atio non esset nisi alteratio ⁊ si semp maneret aer ⁊ oīa gn̄arent̄ ex aere oīa essent aer ut ignis esset aer calefactus ⁊ aqua esset aer infrigidat⁹. idem est ḡ dicere aere3 esse sic principiu3 materiale omniū ut ponebāt antiqui ⁊ dicere3 oīa esse aer. Si ergo bn̄ cōsiderent̄ positiones antiquorū eadē est questio de principijs ⁊ de entib⁹. ponentes enim vnū principiū dicebant esse oīa illud ⁊ ponētes plura dicebant oīa illa esse plura. quot ergo ponebāt principia tot dicebāt esse entia. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ **Id qdē igit̄ si vnū ⁊ imobile sit: qō ē intēdere: nō de nā est intēdere. Sicut enim geometre nō ampli⁹ ratio est ad destruētē p̄ncipia: sed est: aut alteri⁹ scie: aut oib⁹ cois: sic nec3 alicui de principijs.**

mouet a pncipio intrinseco sed a pn° extrinseco cū moueat ab itelligētia ⁊ motore sepato. cum ergo ipsi celo nō cōpetat alius mot° nisi ad ubi cū hunc motū habeat a motore sepato videt q nullus motus cōpetat celo per pncipiū qd est in ipso. ¶ Dicendū q mot° celi pōt dupliciter dici naturalis. p rōne motoris. scdo rōne mobilis. motor enim celi est.q.forma ei° ⁊ aia ipsius nō q ex huiusmodi motore vnū fiat fm esse. Sed pro tāto celū dr esse aiatū q motor ei° appropriat° influit ei motum qd est quoddā op° vite. Sicut ergo celū dr esse aiatuz ⁊ dr moueri ex se sic hēt in seipso pncipiū vnū q moueat. ex pte igit motoris celuz mouet a principio qd est in ipso. tū q motor ei° est appropriat° sibi. tū etiā q est.q.anima ipsi°. ⁊ etiā tertio q huiusmodi motor est in ipso celo. Suba enim sepata q virtus ei° nō separat a suba. Nā ubi opat ibi est. Si ergo huiusmodi motor opatur in celo in seipo habet celū aiam ipm mouētē. scda via ad inuestigandū hoc idē sumitur ex parte mobilis. Nā cū leuia per naturā moueantur a medio: grauia vo ad medium celū: cū per naturam suaz nec graue nec leue existit ex natura sua habet q nec moueat a medio nec ad mediū sed circa mediū. mot° ergo ei° est naturalis ⁊ natura in ipso est aliquo modo principiū huiusmodi mot°: q ex natura sua habet q sit aptū natum sic moueri. Qd vo dicebat q motor celi est separat°. dicendū q est sepatus fm esse. nō tamē pprie loquēdo pōt dici motor extrinsec° cuz sit q.aia eius. sic ergo mouet celū a motore separato. qd tū mouet a principio itrinseco. ¶ Ulteri° autē dato q natura pōt dici principium motus. Forte dubitaret aliquis utrū diffiniri habeat per hoc qd est principiū quietis. ⁊ videtur q non. q si h esset diffinitio nature competeret omni nature qd videmus falsum esse. celū enim per naturā nō habet q quiescat. ¶ Dicēdum q Aui. in sufficientia sua sic satisfacit huic quesito: exponēs copulatiuā per disiunctiuā dicens naturaz esse principiū mot° ⁊ quietis: quia est pncipiū motus uel quietis. Nullū autem est corpus naturale in quo natura non sit pncipiū motus uel quietis. Cōmentator autē de hac questione ⁊ de consimilibus se videt expedire huius diffinitionē asserens esse analogam uel etiam equiuocā. quale enim est diffinitū talis est ei° diffinitio. Cum ergo natura in his in quib° esse habet sit.q.equiuoce. q quicqd est in supercelestib° ⁊ in istis inferiorib° totum est.q.modo equiuoco quare equiuoca est diffinitio data de natura. non ergo oportet q fm eandē rationē ⁊ vniformiter cōueniat omnibus. sed in aliquib° natura erit principiū motus ⁊ quietis. in aliquib° vo motus tm ⁊ mot° nō eodē modo quia in aliquibus est principiū motus fm locum solum. in aliquib° vo fm augmētum in quibusdā autem fm alterationē: uel etiā fm generationē. possumus aūt dicere si uolumus q etiā in ipso celo natura est principiū quietis. celū enim ut dicetur in octauo mouetur totū ⁊ quiescit omne. quantū enim ad substātiā totū nō mutat locuz sed solū qtuz ad dispositionē. Nā q semp mouet circa mediū. semp est in eadē distantia ad centrum semp ergo habet eundē sitū fm substātiaz. ⁊ q ex natura sua habet q moueat circa medium ⁊ q semp sit in equali distantia ad terrā ex natura sua habet ⁊ quiescat, put ei cōpetit quiescere. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs dato q natura sit pncipiū quietis ⁊ mot° eius in quo est utrū hoc cōpetit ei per se. ⁊ vr q non. Nam si grauia ⁊ leuia cuiusmodi sūt elemēta si habēt in seipsis vn̄ moueant h maxime erit respectu mot° localis. Sz elemēta mouent localiter per se a generāte a seipsis aūt mouētur per accidēs. graue enim per grauitatē seipsum mouet deorsū sed hoc est per accñs. q non mouet se deorsum nisi remouēdo phibēs ⁊ diuidēdo mediū. Sed cā remouēs phibēs est causa per accñs. ergo natura in talib° si est pnm mot° nō erit per se ut videt phūs dicere sz per accidēs. ¶ Dicēdū q in ipsis elemētis ⁊ ulr in grauib° ⁊ leuib° natura est per se pnm mot° ⁊ quietis nō obstāte q grauia nō mouent ex se sed a gñante. grauia enim nō mouēt seipsa per se sed per accidēs qd sic declarat. Motū enim nālem nō oportet differre a motu nō nāli per hēre motorē ab itra. In utroqz eni motu tā in nāli qz in nō nāli motor pōt esse extrinsec°. videm° enim q hō mouet lapidē sursū violēter. sol vo trahit uapores sursum nāliter. Cū ergo hō sit aliquid extra lapidē ⁊ sol extra uapores tā motus lapidis sursū qz ascensus uapoꝝ cāz effectiuā hñt ab extra non obstāte q vnus illoꝝ motuū est aliquo modo nālis. reliqu° vo est penit° violētus. hn̄ ergo dictū est q mot° nāles ⁊ nō nāles nō oportet differre per habē motorē ab extra. Differētia ergo iter dictos mot° accipiēda est: q in motu nāli aliq vis ⁊ aliq forma cōfertur passo per quā tēdit in talē motum. In violento vo fm q huiusmodi nihil tale tribuit passo: homo eni sic mouet lapidē sursū q nullā formā leuis ei cōfert sed solū mouet ipm impellendo. Sol quidez sic trahit uapores sursū q aliquā vim eis cōfert. efficit enim in eis quēdā calorē icorporatū quo mediāte sursū tendit. ascēsus ergo uaporū est a sole ⁊ est a calore illo incorporato. sed a sole est effectiue. a calore vo incorporato est qsi formaliter. Sol eni dando uaporib° huiusmodi calorē dat eis q sic moueant. erit igit sol cā effectiua tā caloris qz talis mot°. calor vo nō est cā effectiua per se illi° mot° sed magis est cā qsi formalis. dicit eniz huiusmodi calor qsi causa formalis talis motus. q calor incorporat° sic informat ⁊ pficit uapores dictos q eis quodāmodo cōpetit talis motus uapores g nō mouent ex se nec mouēt seipsos per se sed mouent a sole. est tm in ipsis uaporib° aliqd ut est calor icorporatus qd est pnm per se. ⁊ causa. talis mot° nō est pnm effectiuuz sed magis ut dictū est.q.pnm formale. habent ergo uapores in seipsis pnm mot° ut calorē icorporatū. nec tm obstat q per seipsos nō mouēt. ⁊ qd dictū est de uaporib° respectu solis itelligendū est de grauibus ⁊ leuib° respectu gñantis. gñans enim dādo formā grauis ipsi graui dat ei q moueat deorsū. Nec tm grauia per seipsa per se deorsū mouēt: q graue postqz adeptū est formā grauis qtū est de se semp est deorsū. nec vnqz actu graue pōt esse in potētia essentiali ad locū deorsū. Sed si est in potētia ad talē locū hoc est per accñs solū. Nō eniz indiget graue ut moueat deorsū nisi remouēte phibēs. hoc aūt modo graue seipm deorsū mouet: q scindit mediū. ⁊ scindēdo mediū remouet phibēs: ⁊ remouēdo phibēs est causa per accñs. ideo graue seipm mouet deorsum per accñs effectiue. ergo graue per se mouet a gñante. graue eniz anteqz habeat formā grauis

est in potētia essentiali ut sit deorsū ⁊ idiget cā per
se ut moueaꝛ ad talē locū gñāns. ergo dādo graui
formā grauis est cā effectiua per se ut graue deor
sum tēdat. ⁊ q: gñāns nō est cā effectiua talis mo
tus nisi dādo formā: oportet dicere ꝙ sicut gñāns
respectu illi⁹ mot⁹ per se: se habet ut pn^m effectiuū
sic forma grauis respectu illi⁹ mot⁹ se habet per se
q. ut pn^m formale. est ḡ in ipsis grauib⁹ per se pn^m
mot⁹ ⁊ q̄etis. q: est in eis forma grauis nō obstāte
ꝙ grauia nō mouent seipsa per se sed per accidēs
⁊ qd dictū est de grauib⁹ ūitatē habet de leuibus
utraq̄ enim q̄ h⁹ sunt effectiue per se mouētur a
gñānte. inferi⁹ tn̄ de hac materia clarius diceꝛ: pp
qd si aliqd est hic dimissū ibi supplebiꝛ. ¶ Ulteri⁹
aūt dato nām esse pncipiū motus per se dubitaret
forte aliqs utrū nā sit pn^m huiusmodi mot⁹ p̄. ⁊ vi
deꝛ ꝙ nō. Natura enī rei substātiā ei⁹ nolat habi
tum. est enim in littera ꝙ tam nā q̄ habentia nām
sub̄a sunt. Cū ergo forma substātialis ipsi⁹ grauis
uel etiā materia ei⁹ nō sit ratio talis mot⁹ nisi medi
ante forma aliq̄ accidentali: ut mediāte grauitate
uel frigiditate: videꝛ ꝙ natura respectu talis mo-
tus nō debeat dici pn^m p̄ sed solū per se. ¶ Dicen-
dū ꝙ li p̄mo idē sonat qd principalr. Oēs eni for
me accidētales sunt. q. quedā instr̄a ⁊ quedā orga
na formaꝝ substātialiū: ꝓpter qd in nulla actione
nec in aliquo motu forma accītalis pōt esse princi
pale principiū sed solum instr̄ale. sicut ergo aīa est
primū sentiēs. nō obstāte ꝙ sentit mediāte poten-
tia sensitiua: sic natura grauis est formaliter loquē
do q̄si pncipalis ratio respectu mot⁹ deorsū nō ob
stāte ꝙ est ratio talis mot⁹ mediante forma aliqua
accidētali. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs q: in dif
finitiōe nature videꝛ ꝙ superflue addaꝛ nō ꝫm ac-
cidēs. quicqd eni est nō ꝫm accidēs videꝛ esse per
se ⁊ ecōuerso. ¶ Dicēdū ꝙ h̄ se habēt per ordinē
nō ꝫm accidēs ⁊ per se ⁊ primo. In plus enim est
nō ꝫ accidēs q̄ per se. illd enī est per accidēs qd
est indeterminatū: albū enī fit ex dulci per accñs.
q: non magis est ex dulci determinate q̄ ex ama-
ro. Si ergo accipiaꝛ per accidēs ꝓprie albū nō fit
ex nigro uel ex suo ꝯrio per accidēs. determinate
enim gñationes sunt ex ꝯtrariis. nō eni pōt fieri cō
trariū nisi ex cōtrario. ex dulci aūt fit albū per acci
dēs: q: ut dictū est nō habet albū qd determinate
fiat ex dulci uel ex amaro uel ex aliquo sapore. Sz
lz albū nō fiat ex nigro: si ꝓprie accipiaꝛ per accñs
nō tn̄ fit ex nigro per se. sed per se loquēdo albū in
actu: ut in p̄mo libro tetigim⁹ fit ex albo in potētia.
uerū q: albū in potentia semp est cōiunctū nigro
uel alicui colori medio. ex cōsequenti albū fit ex ni
gro uel ex colore medio. In plus est ergo non esse
per accidēs q̄ esse per se: q: est ex cōsequēti esse po
test nō per accidens. nō tn̄ ꝓprie dī esse per se: ⁊ si-
cut nō per accidēs est in plus q̄ per se sic per se est
in plus q̄ primo: q: nō sufficit ut sit per se ad hoc
ꝙ sit causa ꝓprie. sed ut sit p̄mo ut hic de p̄mo loq-
mur oportet ꝙ sit sic cā proprie ꝙ etiaz sit pncipa
lis. cū ergo ph̄s ait natura est pncipiū ⁊ causa mo
tus ⁊ quietis nō per accidēs sed per se ⁊ p̄mo. vult
dicere ꝙ est huiusmodi causa determinata ꝓpria
⁊ principalis. ¶ Ulterius aūt q: ph̄us de oī mo-
tu videꝛ intelligere cū ait naturam esse pn^m motuſ
⁊ quietis. ideo de oī motu pōt esse questio quō ue
ritatē hēat ꝙ natura sit tale pncipiū. ¶ Primo er-
go forte dubitaret aliqs utrum natura sit pncipiū
mot⁹ per se. ⁊ primo in motu locali. ⁊ videꝛ ꝙ nō:
non solum enim elemēta grauia mouētur deorsuz
naturaliter sed etiā ista in quib⁹ dominanꝛ elemen
ta grauia tendūt naturaliter deorsum. ⁊ tamē na-
tura istoꝝ non videtur esse principiū per se ⁊ p̄mo
respectu talis motus. Lapis enim ꝫm ꝙ huiusmo
di nō videꝛ ꝙ naturaliter tendat deorsum. dicitur
enim naturaliter lapis deorsum moueri non q: la-
pis: sed quia in eo dominaꝛ terra que est elemētuz
graue. Natura ergo lapidis respectu talis motus
nō est principiū per se ⁊ p̄mo. ¶ Dicēdū ꝙ per se ⁊
p̄ ⁊ cetera talia quēdā ordinē importare videntur
prout ergo diuersificaꝛ ordo rerum hui⁹ intentio-
nes diuersimode accipi possunt. ¶ Qd ergo natu
ra diciꝛ esse principiuz motus per se ⁊ primo h̄ est
per cōparationē ad accidētales formas: que q: ut
dictum est sunt quedā organa ⁊ instrumēta nature
nō sunt pn^m. ⁊ ratio in tali motu principaliter sed
instrumentalr tn̄. Natura ergo lapidis est pn^m p̄
idest principale respectu mot⁹ deorsum nō per com
paratione quam habet ad elementa: sed per cōpa
ratione quam habet ad accidētales formas sequē
tes ipsam que in tali motu ut dictuz est nō sunt rō
principalis. uel possum⁹ dicere ꝙ ut in de generatio
ne declarauim⁹ in natura mixti virtualiter cōtineꝛ
natura elemētorū. ipsa ergo natura corporis mixti
pōt esse principale pncipiuz talis motus ꝓut in ea
per quoddā predominium reseruaꝛ natura elemē
ti grauis cuius motum sequiꝛ. ¶ Ulteri⁹ forte du-
bitaret aliqs utrū natura sit principiū per se ⁊ pri-
mo in motu augmentati. ⁊ vī ꝙ non. vniuersaliter
enī grauia uel leuia nō habēt in seipsis vnde aug
mentantur. cū ergo habeāt in se nām non vī ꝙ sit
diffiniēda natura per hoc qd est pn^m per se ⁊ p̄mo
in motu augmenti. ¶ Dicendū ꝙ si consideraꝛ se-
rics littere qd queriꝛ nō habet dubiū. Natura enī
diffiniꝛ a ph̄o qd est pncipiū motus ⁊ quietis. sed
nō oportet ꝙ in omnib⁹ sit principiū huius motus
uel h⁹ quietis ut in littera diciꝛ. Aliq̄ nāq̄ alia habēt
in se pn^m mot⁹ ꝫm locū. alia vō ꝫ augmētū. alia vō
ꝫm alteratione. sufficit ergo ꝙ in aliqb⁹ sit natura
principium talis mot⁹. Qd aūt aliq̄ habeant in se
principiū huiusmodi motus in aliquib⁹ non est im
manifestum. plante enim ⁊ animalia habent in se-
ipsis qd est principium ⁊ causa motus augmenti:
īmo quia proprie loquēdo sola animata augenꝛ ut
in generatione declarauim⁹: sufficit in talib⁹ per na
turam saluare motū augmēti. ¶ Ulteri⁹ forte du-
bitaret aliquis utrū natura possit per se dici princi
pium mot⁹ alterationis eius in quo est. ⁊ videꝛ ꝙ
nō: q: si natura esset huiusmodi principiuz videreꝛ
esse dicendū ꝙ sicut oīa que proprie augenꝛ habēt
in se vñ augeanꝛ: sic omnia que proprie alterantur
habēt in se vnde altereꝛ. hoc aūt videꝛ esse falsuz.
corpora enim simplicia ut elemēta proprie alterā-
tur. nec tamē alteranꝛ ex se: q: ꝫm cōmentatorem
nullū corp⁹ simplex videꝛ alterari uel generari ex
se. ¶ Dicendum ꝙ sicut dicebaꝛ de motu augmē-
ti sic ⁊ de alteratione dici pōt. sicut ergo natura in
omnibus est principiū mot⁹. nō tn̄ in omnibus est
pncipiū mot⁹ talis neq̄ augmēti. sic in omnib⁹ est
principium mot⁹. nō tn̄ talis mot⁹ ut alterationis.
sufficit ergo ꝙ aliqua in se habeant vnde altereꝛ.
Qꝫ autem aliq̄ sint talia manifeste patet. Mixta

enim eoipso ꝙ sunt cōposita ex contrarijs habent in seipsis vnde alterent̄ ⁊ corrūpant̄. animal enim eoipso ꝙ compositū est ex contrarijs habet in se vñ alteretur ⁊ corrūpat̄. possumus tñ si uolum⁹ in omnibus alterabilibus saluare alteratione per naturā existētes in ipsis. nō tamē eodē mō: q2 ꝟm cōmentatorē cōposita alterant̄ per naturā existentez in se: q2 per formā. simplicia ꝟo non alterantur per formā sed per materiaz. In compositis enim ut in animalib⁹ forma pōt esse primū alterās. vñ phūs in libro de generatione in capitulo de augmēto animam uegetatiuam appellat alterās inalteratū. eo enim ipso ꝙ in mixtis uel in animalibus est alteratio ꝑpter contrarietatem: q2 oēs h⁹ᵐ cōtrarietates sunt quedam organa forme substātialis principiū alteratiōis in talibus potest dici forma. In simplicib⁹ ꝟo in quib⁹ nō sūt q̄litates ꝯrie nō reperitur alteratio ex se principium. principiū ergo alterationis in talibus non simpliciter videtur esse forma sȝ materia. eo enim ipso ꝙ habent in se materiaz possibilē subijci forme contrarie habent in se naturam vnde alterētur: q2 habent in se naturam materie.

¶ Ex hoc ergo appet ꝙ analoga est diffinitio nature que est. q. equiuoca. nam cum dicitur ꝙ natura est principiū motus ⁊ quietis non accipitur ibi motus vniformiter: q2 in aliquibus est ꝑncipiū solius motus localis. In aliquibus est principiuȝ alterationis. in aliquib⁹ aūt augmenti. Rursus etiaȝ principiū non accipitur ibi vniformiter: q2 aliq̈ habent in se principium motus ꝑut ꝑncipiū dicit q̄d actiuū ⁊ sumitur pro forma: aliqua ꝟo habent huiusmodi principiū prout dicit quid passiuum ⁊ sumitur pro materia. Ex hoc aūt patere pōt quō intelligēda sunt ꝟba cōmenti. vȝ ꝙ corpora supercelestia siue corpora simplicia habēt in se principium motus q̄ztū ad locum. uegetabilia ꝟo q̄ztū ad augmentū. Sed corpora cōposita habent in se principium alterationis naturā que est forma. simplicia ꝟo habent huiusmodi ꝑncipiū naturaȝ que est materia.

¶ Aduertendū tñ ꝙ lȝ corpora simplicia nō alterent̄ ex se: quia nec localiter mouentur ex se forte alterant seipsa per accidēs sicut ⁊ seipsa mouent per accñs. sicut enim q2 graui cōpetit locus deorsum. ideo si iaciatur sursum reddit deorsum sic: q2 aque competit frigiditas si calefiat per se dimissa reddit iterum frigida simpliciter. ergo simplicib⁹ materia est principium alterationis: q2 non possūt aliquo genere alterationis alterari cum illius alterationis materia nō sit ratio ⁊ principium. formā ꝟo nō sic possumus ponere principium. imo nunq̄ȝ natura forme in talibus erit ratio alterationis nisi prius susceperit alterationem habētem aliqualem oppositionem ad ipsam formaȝ: ut aqua per se dimissa reddit frigida q2 prius susceperat calefactionem que habebat a materia repugnātiā ad formā eius. Quicquid tñ sit de hoc patet ꝙ in omnibus alterabilibus est aliqua natura que est alterationis principiuȝ.

¶ Ulterius forte dubitaret aliqs utrū in generatione possum⁹ saluare naturam eē huiusmodi ꝑncipiū. ⁊ videtur ꝙ non: q2 ꝟm pħm in 2⁰ de anima nihil generat seipsum. Si ergo nihil generatur ex se: videtur ꝙ natura in nullo sit generationis principiū.

¶ Dicenduȝ quosdam opinatos fuisse materiā esse positionē quandam actiuā quā appellabant incboatiuum forme. uolebāt enim ꝙ essentia forme corporaliter ⁊ simpliciter nō educit̄ de potētia materie sed in ipsa mā est q̄dam forma icōpleta que seipsaȝ ꝑ seipsaȝ nō pōt facere in actu completo sed excitata per agens extrinsecuȝ facit se in cōpleto actu. propter qđ uoluerūt saluare diffinitionem de natura dicentes ꝙ in rebus naturalibus est principiuȝ generatiōis. q2 est in eis icboatum forme. Sed istam positionem de incboatiōe formarum alibi eradicare ⁊ impugnare intendim⁹ ubi ħ questio per se tractabitur. Sufficiet autē ad presens diffinitionem datam de natura aliter saluare respectu generationis rerū q̄ȝ per incboationem forme. dicitur ergo ad ħ cōmuniter ⁊ bñ ꝙ sicut competit alicui motus naturalis sic competit ei ꝙ natura sit in eo principium motus. ergo quibus competit motus gñationis actiue: quia generant habent in se principium actiuuȝ ut forma. quibus ꝟo motus generationis passiue. ut quia generant̄ habent in se ꝑncipium generationis passiuuȝ ut materiam. Est ergo generatio generabiliū naturalis inq̄ztum habēt in se principium passiuuȝ qđ habet potentiam naturalē ad talē formā. possum⁹ tñ si uolumus dicere ꝙ sicut natura est ꝑncipium motus alterationis sic ⁊ generationis. sicut enim aliqua. q. alterantur ex se ut composita. aliqua ꝟo alterantur non ex se nec simplr̄ alterant̄ per formā sed eorum alteratio naturalis ratione materie que est principium ⁊ ratio illius alterationis. sic aliq̈. q. alterantur ex se ut illa que generant̄ ex cōmixtione seminuȝ. In quib⁹ est dare aliquid per se mouēs ⁊ aliquid per se motum. in talibus enim semē maris quasi se habet ut artifex. menstruum ꝟo femelle quasi se habet ut materia. aliqua ꝟo nō generante ex se sed est eorū generatio ut dicebat̄ nālis rōne principij passiui uel etiam ratione materie. in oībus ergo uel ratione principij passiui uel etiam ratione actiui saluare possum⁹ ꝙ natura sit generationis principiū: dictum est enim diffinitionē de natura esse quasi equiuocā: nec oportet omnib⁹ equaliter conuenire. qđ ꝟo dicebat̄ ꝙ nihil seipsum generat: dicendum ꝙ animal seipsum non generat. hoc tamen non obstāte in aialibus est quodāmodo generatio ex se: quia in menstruo qđ non est animal est admixta virt⁹ seminis maris que facit ad gñationem fetus. illud ergo ex quo generatur animal aliquo modo mouet seipm ad generationem eius: quia in eo est dare aliquid quod est per se mouēs ⁊ aliquid qđ est per se motū. Utrū aūt illđ qđ est ibi per se mouens. sit idem qđ forma introducēda uel si non ipsa forma q̄d sit alibi habebit locū. Rursus utrū semen maris qđ se videtur habere ut mouens ingreditur fetum uel sit de compositione animalis quod fit ex menstruo moto a tali semine nō spectat ad presens negociuȝ.

¶ Ulteri⁹ dubitaret aliquis utrū forma artificialis possit esse per se ꝑncipiū mot⁹ eius in quo est. ⁊ videt̄ ꝙ sic. videmus enim aliquas figuras magis esse aptas ad motuȝ ⁊ magis scindere medium q̄ȝ alias: corp⁹ enim eq̄lis grauedinis si sit figure pyramidalis uel rotunde magis scindit mediū ⁊ uelocius mouebit̄ q̄ȝ si esset figure late. Cū ḡ h⁹ᵐ figure per viam artis induci hēant vȝ formā artificialē esse ꝑnᵐ mot⁹ ei⁹ in quo est nō solū per accñs sed eī ꝑ se.

¶ Dicēdū ꝙ in oīb⁹ est duo ꝯsiderare rē ⁊ modū rei. in mutationib⁹ ḡ est ꝯsiderare motū ⁊ modum mot⁹. Nulla

aūt figura nec aliqua forma artificialis ſm qḋ h° eſt pn̄m mot° ei° in quo eſt. forā enī rotūda uel pyramidalis niſi eēt cōiūcta grauedini uel leuitati uel alicui forme nāli nullū motū hēret nec ad aliquē locū tēderet. res g̃ ex h°: forma artificiali ⁊ figura per ſe nō ſortit̄ motū. Nō eſt tn̄ incōueniēs φ ſortiat̄ aliquē modū mot°: q: ut tangebat̄ in arguēdo forma leuis uel forma grauis ſm φ eſt coniuncta aliį ⁊ aliį figure ſortit̄ aliū ⁊ aliū modū mot°. uel q: uelocí° uel tardius mouet̄. ℭ Ulteri° forte dubitaret aliqs de aliqb° artib° ut de arte muſice: uł de arte ſaltādi utrū ſint principia motus eius in quo ſunt. ⁊ videt̄ φ ſic. Nunq̄ enī vn° ſcit practicā muſice ⁊ alius cātat nec vnus ſcit artē ſaltādi ⁊ ali° ſaltat. Sicut ergo arguebam° formam leuis per ſe eſſe principiū mot°: q: nō eſt dare φ vnū ſit leue ⁊ aliud moueat̄ ſurſum. Sed illḋ idē qḋ eſt leue habet talē motū: ſic a ſimili predicte artes per ſe ſunt principiū ei° in quo ſunt: q: nunq̄ diuidunt̄ ita φ vnus hēat illas ⁊ alt° moueat̄ ſm illas. ℭ Dicēdū φ ut tactū eſt. nunq̄ forma artificialis eſt pn̄m motus ei° in quo eſt. ſ3 poſſit facere aliquē modū motus. Mot° igit̄ brachioꝝ qui requiritur in ſaltādo uel mot° lingue qui reqrit̄ in cātando ⁊ aliqs alt° mot° alioꝝ mēbroꝝ qui reqrit̄ ad huiuſmodi opa per ſe eſt ab aliq̄ virtute naturali exn̄te in corpe ut a virtute affixa muſculis ⁊ neruis. vn̄ dicēdū φ dicte artes nō ſunt per ſe pn̄m mot°: ſ3 poſſunt facē ad modū mot°. ex arte enim ſaltādi nullus hēt φ moueat brachia ſ3 φ ſic moueat illa. Immo ſicut figura pyramidalis uł alia figura niſi eēt cōiuncta forme nāli nullū motū efficeret. ſic ars ſaltādi niſi iuuaret̄ per virtutē nālē alligatā muſculiſ ⁊ neruiſ nō poſſet in actū ſaltādi. pōt ergo forma artificialis uel ars facere ad modū mot° ſ3 per ſe nunq̄ eſt pn̄m mot° ei° in quo eſt qḋ dclarare uolebam°. ex h° ergo apparet φ aliter eſt natura pn̄m mot° mediante aliq̄ forma accn̄tali ut mediante grauitate uel leuitate ⁊ alr̄ facit ad motum ei° in quo eſt mediāte ꝟtute nāli. Nā enim ſic eſt pn̄m mot° mediāte grauitate ⁊ leuitate uel mediāte alia forā accn̄tali φ tā natura q̄ȝ illa forma accidētalis ſunt pn̄m motuȝ eius in quo ſunt. alr̄ tn̄ ⁊ aliter: q: nā eſt h° pn̄m p ⁊ pncipale. ſed illa accidētalis forma eſt tale pn̄m inſtrumētale ⁊ organicū. Sed nō ſic ars facit ad motū mediāte ꝟtute nāli: q: virt° illa nālis eſt pn̄m motus ei° in quo eſt ars: ſed magis facit ad modū illi° mot°. tn̄ nō ꝓprie eſt pn̄m illi° mot° ut oſſuȝ eſt. ℭ Ulteri° forte dubitaret aliqs utrū forme artificiales dici debeant nāles. ⁊ videt̄ φ ſic. dicebatur enim aliq̄ eſſe nālia nō rōne forme uel pncipiį actiui: ſed rōne materie ⁊ pncipiį paſſiui. eo enim ipſo ut tangebat̄ φ materia que eſt quedaȝ natura pōt moueri ad ſuſceptionē talis act° uel talis forme illud nāle dī. cū g̃ mā poſſit moueri ad ſuſceptioneȝ formaꝝ artificialiū ſi eſſet in pura potētia paſſiua materie ad hoc φ aliqd ſit naturale forme artificiales naturales erūt. ℭ Dicendū φ ſi aliqd eſt in pura potētia paſſiua materie ſ3 φ materia eſt nālis dicitur eſſe naturale. forme aūt artificiales ſm φ huiuſmodi nō ſūt in potētia paſſiua materie ſm φ materia eſt naturalis. ergo nāles dici nō debēt. tota enim cauſa quare aliqd exiſtēs in pura potentia paſſiua materie dicit̄ naturale ex hoc colligitur φ materia eſt quedā natura. Si ergo aliqd fundaretur in materia non ut eſt natura uel materia moueretur ad ſuſceptionem eius non modo naturali. Si uellem° arguere illḋ eē nāle deciperemur per fallaciaȝ accidētis. Duplici ergo via uenari poſſumus huiuſmodi formas nāles nō eē. p̄ q: mā non mouet̄ ad ſuſceptionē earū modo nāli. ſcḋo q: mā nō ē ſbm taliū formaꝝ: ꝑut hēt rōnē nāē. p° via ſic patet. ex hoc enī aliqd inducit̄ mō nāli q: mā trāſmutat̄ ꝑ q̄litates actiuas ⁊ paſſiuas ita φ ex ipſa mā educit̄ nālis forma. nunq̄ eniȝ aliq̄ forā inducitur nāliter niſi tota illa mā que iformat̄ illa forā ſit ſubiecta trāſmutationi ⁊ motui. h̄ aūt nō facit ars: q: ſ3 Themiſtiuȝ nā agit in corpe toto. ars ꝟo ſm φ h° agit ſolū in extremitatib° ei°. mā ergo ad ſuſceptionē formaꝝ artificialiū ſm φ h° ſunt non mouent̄ nāliter: q: nō ſuſcipit illas trāſmutata per q̄litates actiuas ⁊ paſſiuas. nec ſuſcipit illas ꝑut ſm ſe totā trāſmutationē ſubiįcit̄. ſcḋa via ad inueſtigādū hoc idē ſumit̄ ex eo qḋ materia hēt rōneȝ nature: ex arte enim uel reſultāt opa tn̄. cuius eſt ars ſaltādi ⁊ ars cātandi ex quibus nihil opatū efficit̄ ſed ſolū ex talib° fiunt q̄dā actiōes ⁊ q̄dā opa. in talib° ergo nō hēt locuȝ qḋ queritur. videt̄ igit̄ eſſe dubiū de illis artib° ex quib° reſultāt nō ſolū opera ſed etiaȝ opata: ut ex arte edificatoria efficitur dom°: ⁊ ex arte lignaria archa ⁊ ſic de aliįſ h°. ergo forme inducte per artē ut ſunt pure artificiales vident̄ eſſe forme ille in quibus mathe. cōicāt cū naturalib° cuiuſmodi ſūt currū circulare rectuȝ ⁊ cetera talia. Dico aūt pure artificiales ad dn̄iaȝ ſanitatis quādo eſt forma in qua cōicent mathe° cum naturalibus. tn̄ ut plane patet ſanitas non eſt forma pure artificialis ut declarari habet 7° methaphiſice. cum ergo forme ille in quibus cōicant mathe° cū nālibus non ꝓprie videantur reſpicere materiā ut natura: q: poſſunt abſtrahi ab omni materia ſenſibili non oportet formas tales eſſe naturaleſ. cū ergo dicitur qḋ ē in potētia paſſiua materie eſt naturale. uerum eſt ſi ſit in potentia paſſiua materie ut eſt natura uel ſi educatur modo naturali. h̄ aūt non habent artificiales forme. ideoq̄ non habet dubium.

Lectio. II.

Videtur autem natura et ſubiecta eorum que natura ſunt: quod primum ineſt vnicuiq̄ non formatum per ſeipſum: ut lectuli natura lignuȝ ſtatue autem es.

ℭ Poſtq̄ phs inueſtigauit quid eſt natura: in parte iſta ut dicebatur oſtēdit φ materia forma ⁊ priuatio debēt dici natura. tria ergo facit: q: primo oſtēdit φ materia habet rationē nature. ſcḋo oſtēdit h̄ de forma. tertio de priuatione. ſcḋa ibi⌊ alio auteȝ modo forma ⁊ ſpecies. ⌋ 3ª ibi⌊ ſed forma ⁊ natura. ⌋ Circa primū duo facit: q: pmo ꝓpōit quod intendit. ſcḋo manifeſtat quod dixerat ex teſtimonio alioꝝ. 2ª ibi⌊ ſignū aūt dicit. ⌋ Dicit ergo φ illud qḋ primū ineſt vnicuiq̄ nō formatū per ſeipm̄ videtur eſſe natura ⁊ ſubſtantia eoꝝ que ſunt nā. i. rerū naturalium. ⁊ q: mā eſt h°. ergo eſt natura ⁊ ſubā naturaliū: ⁊ exponit ſe φ lectuli natura eſt lignū: ⁊ ſtatue es. ℭ Notādū aūt φ uolens ꝓbare

mãm eẽ nãm ait. illud qđ primũ inest vnicuiq3 eẽ nãm rez: q2 mã est id ex quo res cõponit̃ p̃ ut declarari habet 5° metha^{ce}. ¶ Notãdũ etiã q̃ dic̃ nõ formatũ p̃ seip̃m: q2 mã q̃ztũ est de se nihil ẽ i actu nec aliquã formã h3: q2 in fundamẽto nãe nihil est distinctũ ut h̃etur scđo metha^{ce}. ¶ Notandũ etiã q̃ mã nõ est cognoscibilis nisi per analogiã ad formã. l3 ergo lignũ ⁊ es nõ dicãt solã mãm: tñ quia nõ possum⁹ intelligẽ mãm nisi intelligam⁹ aliquid qđ se h̃et ad oẽs formas sicut lignũ ad lectulũ ⁊ es ad statuã. volens dare intelligere mãm exemplificauit de ligno ⁊ ere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Signũ aũt dicit Antiphon: quoniã si aliquis p̃iecerit lectũ deorsũ: ⁊ accipiat potẽtiã putrescẽs: ut utiq3 fit germẽ nõ utiq3 fieri lectũ sed lignũ: tanq̃3 dicat q̃ s̃m accidẽs eẽ dispositionẽ s̃m legẽ ⁊ artẽ: substantiã aũt illã que permanet. h. patiẽs cõtinue. Si aũt ⁊ hoz vnũquodq3 ad alterũ: aliquod idem hoc sustinuit: ut es quidem ⁊ auru3 ad aquã. ossa aũt ⁊ ligna ad terram. similiter aute3 ⁊ aliorum q̃dlibet illã naturã esse ⁊ substantiam ipsorum.

¶ Manifestat qđ dixerat ex testimonio alioz ⁊ duo facit: q2 primo manifestat h̃ ex testimonio Antiphontis. scđo ex testimonio oiu3 p̃hoz ibi ⌊ vnde sane hi quidẽ. ⌋ dicit g̃ q̃ Antiphon dicit. i. dat signũ. supple per qđ p̃bat q̃ mã h̃et rõnẽ nãe. Dicebat eni Antiphon: q̃m si aliq̃s p̃iecerit lectũ deorsũ ad terrã: ⁊ hui⁹ lect⁹ putrescẽs accipiat potẽtia3 gñatiuã ut utiq3 fit. i. fiat germẽ ex ipso lectulo putrescẽte ꝯtingit ex eo nõ utiq3 fieri lectũ sed lignu3 tanq̃3 dicat dispõnẽ s̃m legẽ artificis ⁊ s̃m artẽ q̃ ꝯtingat eẽ eius s̃m accñs. s̃bam aũt eutẽ illã que p̃manet: ⁊ que ꝯtinue hoc est patiẽs. s. mã. Si ergo vnũqđq3 hoz. i. rez naturaliũ h̃ idem sustinuit ad aliq̃d alicz: q2 res nãles se h̃nt ad p̃priã mãm sicẽ statua ad es: ⁊ lignũ ad lectũ: qđlibet eni nãliũ cõparaẽ ad aliquid tanq̃3 ad p̃priã mã3 que est nã ⁊ s̃ba ipsoz: ut es ⁊ auz ad aquã. ossa aũt ⁊ ligna ad terrã. silr ⁊ alioz qđlibet respicit aliq̃d tanq̃3 propriã mãm. illã g̃ supple mãm op3 eẽ nãm ⁊ s̃bam ip̃oz. ¶ Dubitaret forte aliq̃s: q2 vĩ hoc signũ Antiphõtis nõ arguere p̃positũ s3 oppositũ. ex h̃ eni Antiphõ p̃babat mã3 eẽ nãm: q2 v̉tute hui⁹ fiebat gñatio ut lectũ putrescẽs: q2 nõ gñat rõne q̃ lectũ s3 rõne q̃ lignũ. dicebat nã3 nõ eẽ lectũ s3 lignum. Cũ g̃ gñatio p̃dicta fiat rõne for̃e nõ rõne mat̃ie. Qđ eni3 aliq̃s gñet sibi sil'e ut qđ ex ligno fiat lignũ: ⁊ ex leone leo: nõ vĩ eẽ rõne materie s3 ratiõe forme. p̃dictũ ergo signũ nõ arguit materiã eẽ naturã sed formã. ¶ Dicẽdũ q̃ sufficit p̃hõ ad p̃bandũ materiã eẽ naturã ex testimonio alioz q̃ ipi cõcesserũt mãm h̃ere rõnẽ nature. utz aũt ipsi posuerũt materiã eẽ naturã mõ debito uel idebito nõ ẽ ad p̃positũ. ul' possum⁹ dicere q̃ etiã hec rõ est ad p̃positũ: ⁊ arguit materiã eẽ nãm. Nã q̃ ex simili gñet sil'e. nõ solũ est rõ forma sed mã: qua eni sanamur ut dicit p̃hũs in scđo de aïa ẽ dupl'r. sanamur eni sanitate ⁊ corpore: sed sanitate sanamur p̃ncipalr̃. corpore autẽ ex cõsequẽti. eo eni ipso q̃ sanitas nõ h̃et eẽ nisi in tali mã ut in corpore act⁹ sanãdi nõ solũ est a sanitate tanq̃3 a forma debita: s3 ẽt est a corp̃e tanq̃3 a p̃pria materia. sic gñare sibi simile p̃ncipalr̃ est ex forma. ex ꝯsequẽti aũt ex materia eo eni ipso q̃ forma potẽs hoc facere nõ h̃et eẽ nisi in materia illi⁹ gñationis nõ solũ est rõ forã sed etiã mã. posset aũt sic forari rõ. illđ aũt in cui⁹ v̉tute gñat aliq̃d sibi sil'e meret̃ nomẽ nature: s3 h̃ fit p̃ncipalr̃ ex forma. ex cõsequẽti aũt ex materia. g̃ forma meret̃ nomẽ nature p̃ncipalr̃. materia aũt ex cõsequẽti. rõ eni tacta uel est in quadã ꝯclusiõe accipiẽda ut dicam⁹ materiã naturã: q2 hoc dixerũt antiq̃: uel si accipiat̃ in p̃pria forma ut patuit: nõ arguit materiã eẽ naturã p̃ncipalr̃ sed ex consequẽti. ¶ Notandũ aũt q̃ ait materiã eẽ s̃bam. cetera v̉o eẽ s̃m accidẽs: q2 ut in de gñatiõe sufficiẽter oñdim⁹: oẽs antiq̃ p̃hi posuerũt materiã eẽ aliq̃d in actu quo posito sola materia erat s̃ba. cetera v̉o educta de potẽtia mat̃ie erãt accidẽtia. ¶ Notãdũ q̃ dicit auz ⁊ es cõparari ad aquã: q2 p̃ quãdã p̃dominiũ materia oium metalloz ⁊ oium liq̃bliũ dĩ eẽ aqua. sic ẽt aũt ligna ⁊ ossa cõparari ad terrã: q2 talia maxime videntur esse nature terrestris. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Unde sane hi quidẽ terrã: alij v̉o ignẽ: alij aerẽ dicũt. quidã aũt aquã: q̃dã v̉o q̃dã horũ. Sed alij oia hec naturã eẽ coz que sũt. Quot eni aliq̃s accepit ipsoz h⁹ siue vnũ siue multa. hoc ⁊ tãta dicit esse oẽm substãtiã: alia aũt oia passiones istorum ⁊ habitus ⁊ dispositiones.

¶ Oñdit materiã h̃ere rõnẽ nãe ex testimonio aliorũ p̃hoz ⁊ duo facit s̃m q̃ dupl'r hoc oñdit. 2ª ibi ⌊ ⁊ hoz q̃dẽ qđlibet. ⌋ In p̃ª p̃te itẽdit talẽ rõnẽ illud est nã rez naturaliũ qđ est s̃ba coz: sed h̃ ẽ materia. g̃ ⁊c̃. Qđ aũt materia sit s̃ba rez naturaliũ p̃bat ex testimonio oium philosophoz dicens qđ hi quidem dicuat terrã esse materiã naturalium. alij v̉o ignem: alij v̉o aerem: quidam autem aquã: quidã autẽ quedã horu3 ut Parmenides ponens ignẽ ⁊ terrã esse rez principia. alij v̉o ut Empedocles ⁊ coz sequentes dicũt omnia hec. i. oia quatuor elemẽta esse naturam coz que sunt: ⁊ subdit q̃ quot ipsorum elementoz aliquis acceperit esse huiusmodi. i. materiale principiũ siue vnũ siue mlta h̃ ⁊ tanta. i. tot ⁊ quot possint sic esse p̃ncipium dicit esse s̃bam omniũ. alia aũt omnia dicit eẽ passiones ⁊ habitus ⁊ dispositiones istoz. ponebant eni primi philosophi omnia alia a materia accidẽtia esse. ¶ Dubitaret forte aliq̃s de eo qđ ait q̃ alij posuerũt principiũ rez esse terra3: quia in libro de anima dicit̃ q̃ omnia elemẽta acceperunt indices p̃ter terram. Nullus eni3 philosophoz posuit terrã eẽ principiũ: ut ibi innuitur. ¶ Dicẽdũ q̃ ut cõmentator soluit ad dubitationẽ tactã nullus philosophoz posuit terrã eẽ p̃ncipiũ rez per se sumptã: sed tamẽ cũ alijs elemẽtis posuit. Nã Parme. terrã cũ igne posuit sic p̃ncipiũ. ⁊ Empedocles terrã cum alijs tribus elementis sic posuit principium: uel possumus dicere ⁊ forte melius q̃ nullus philosophorum posuit terrã principiũ per se sumptã. alij tamen posuerunt. Hesiodus aute3 h̃ posuit ut habet̃ secũdo metha^{ce}: sed nõ fuit p̃hũs: sed famo

fus fuit in legib⁹. Cū ḡ dī q̄ alij posuerūt aquam et alij terrā nō solū itēdit enumerare pħos sed et alios viros famosos. dicere eni q̄ cū ait q̄ alij posuerūt terrā alij ignē itēdit de ponētib⁹ terrā nō per se sed cū alijs elemētis. vt expositio penitus exiorta. ℭ Notādū aūt q̄ ꝗ̃ opionē antiquoꝝ philosophorū sola mā est sb̄a: tm̄ ꝗ̃m vītatē q̄tū ad id qḋ realr̄ dicit sb̄a forma magis est sb̄a q̄ mā: ꝫ q̄tū ad aliquē modū se hñdi ut supra in p̄ declauim⁹ mā est magis sb̄a q̄ forma. Dicēdū ḡ de hac rōne sicut et de p̄ma: q: uel dꝫ accipi sub cōfusiōe ut dicaꝛ māꝫ eē sb̄am et nām reꝝ: q: h̄ dixerūt pħi: nl̄ si dꝫ accipi in ꝑpria forma arguet q̄ forā sit nā principalit̄ mā ex ꝯsequēti cū rō sb̄e p̄ncipalr̄ et simplr̄ cōueniat foꝛe et ex cōsequēti materie. ℭ Deīde cū dic.

ℭ Et hoꝝ quidē qḋlibet eē perpetuū. Nō eni eē mutationē ipsi⁹ ex seipsis. Alia aūt fieri et corrūpi infinities. Uno quidēꝫ mō nā sic dicitur p̄ima vnicuiq̄ subiecta mā habēnū in seipsis mot⁹ p̄n^m et mutationis.

ℭ Adducit aliā rōnē que talis est. illḋ qḋ ꝑpetuaꝛ in reb⁹ nālib⁹ est coꝝ sb̄a et nā: sed hoc est mā. ḡ et c. q̄ aūt mā ꝑpetueꝛ i nālib⁹ ꝓbat ex testimonio aliorū dicēs q̄ antiq pħi qḋlibet hoꝝ eꝛoꝝ qḋ dicebāt alioꝝ mā dicebant eē perpetuū. Nō eni ponebāt in ipsis elemētis esse mutationē ex seipsis: q: nō ponebāt ea fieri ex seīuicē uel ex alijs: sed alia ex elemētis dicebant fieri et corrūpi īfinities. ḡ q3 mā ē quid ꝑpetuū et est sb̄a et nā reꝝ: pꝫ dicēdū eē q̄ vno mō nā dicit sic puta subta mā vnicuiq̄ hñtiū in seipsis p̄n^m mot⁹ et mutatiōis. ℭ Notandū aūt antiquos pħos nō peccasse ponēdo māꝫ eē icorruptibilē et eē nām et sb̄am reꝝ: sed peccauerūt q: posuerūt eā sic icorruptibilē q̄ semꝑ manēt sub eadē actualitate et sub eodē eē. rursus peccauerūt q: dixerūt eā eē totā sb̄am et nāꝫ reꝝ. cū tn̄ forma sit magis sb̄a et nā q̄ mā. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Alio aūt modo forma et spēs que est ꝗ̃ rōnē. Sicut eni ars dicitur qḋ est ꝗ̃m artē et artificiosū: sic et nā qḋ ꝗ̃m nāꝫ dicitur: et qḋ nāle. Neq̄ aūt illud adhuc dicim⁹ habere ꝗ̃m artē nihil: si potētia tātū est ut lectulus. Nōdū eni hēt spēm lectuli: neq̄ eē ꝗ̃m artē: neq̄ in his que nā subsistunt: potentia eni caro aut os: neq̄ hēt adhuc suipsius nām p̄iusq̄ accipiat speciem ꝗ̃ rationem qua diffinientes dicimus quid est caro aut os: neq̄ natura est.

ℭ Oñso q̄ vno mō nā dicitur de mā: ostēdit q̄ alio mō dī de forma et spē: et tria facit ꝗ̃ q̄ tres rōnes ad h̄ adduc. 2⁹ ibi⌊ amplꝛ⁹ fit ex hoie.⌋ 3⁹ ibi⌊ āpli⁹ aūt nā.⌋ Circa p̄imū tria facit: q: p̄ adduc rōnē q̄ forma sit nā. scd̄o ex hoc cōcludit q̄ forā alr̄ est nā q̄ materia. tertio ꝓbat q̄ est magis natura q̄ ipsa. scd̄a ibi⌊ quare alio mō.⌋ tertia ibi⌊ et magis nā.⌋ dicit ḡ q̄ alio mō: supple dicit natura forma et spēs que est ꝗ̃m rōnē. i. ꝗ̃m diffinitionē q: ab ea p̄ncipalr̄ sumiꝛ diffō. h̄ aūt sic oñditur: q: sicut ars dī se habere ad id qḋ est ꝗ̃m artē et artificiosū sic et nā: supple se hēt ad id qḋ dicitur ꝗ̃m nām: et qḋ est nāle. sed neq̄ dicim⁹ illud. s. artificiosū adhuc habere ꝗ̃m artē nisi hēat formā artis: q: nihil si est potētia tm̄ lectulus supple est lectulus: quis nōdū hēt spēm lectuli: neq̄ dī esse ꝗ̃m artē: sic et in his que nature subsistūt cū naturalia nisi sint actu talia: q: potētia caro aut os nō hēt adhuc nām sui ipsi⁹ p̄i⁹ q̄ accipiat spēm ꝗ̃m rōnē. i. p̄i⁹ q̄ accipiat formā ꝗ̃m diffōnē siue rōnē diffinitiuaꝫ q̄ forā differētes. i. distinguentes vnā rē nalē ab alia dicimus quid est vnūqḋq̄ tale ut qd est caro aut os. et addit q̄ neq̄ nā supple est aliqd taliū anteq̄ accipiat formam et spēm. Si ergo forma et species est id qḋ aliquid dicitur naturale. ergo ipsa est maxime natura. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Quare alio modo natura utiq̄ erit habentium in seipsis motus principium forma et species non separabilis: sed aut ꝗ̃m rationem. Quod autē est ex his natura quidem non est: sed a natura ut homo.

ℭ Concludit q̄ alio modo est nā forma q̄ mā: dicēs utiq̄ forma et spēs est natura hñtiū in seipsis p̄n^m motus. alio mō supple q̄ mā nō qḋ ꝗ̃m rē sit ens sepabilis ab ipsa: sed aut separaꝛ et differt ꝗ̃ rōnē i. ꝗ̃m diffōnē: q: dicit quid in actu. mā vō qd in pō et q: dixerat quomodo differt forma a mā subdit quomodo differt cōpositū ab utraq̄ dicens. q̄ autem est ex his. i. cōpositum: nā qdem nō est sed est a natura ut homo. Si ḡ tā mā q̄ forma sint nā cōpositum differt ab utraq̄: q: non est natura sed a natura. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Et magis natura hoc est q̄ mā. Unūquodq̄ enim tunc dicitur cū endelechia sit: et magis q̄ cum potentia.

ℭ Hic improbat: q: forma nō soluꝫ est alio modo nā q̄ materia. sed etiam est magis natura q̄ ipsa. d. q̄ h̄. i. forma magis est nā q̄ mā: quia vnumqḋq̄ cū sit endelechia. i. cū sit actu qḋ habet per formāꝫ est magis tale q̄ cum est potentia quod habet per materiam. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Amplius fit ex homine homo: ꝫ nō lectulus ex lectulo. Unde dicūt nō figuraꝫ esse naturam sed lignum: quoniā fiet utiq̄ si germinet non lectulus sed lignum. Sic ergo hec est ars et forma est natura. Fit enim ex homine homo.

ℭ Ponit secūdā rōnē ad oñdendū q̄ forma sit natura: dicēs q̄ ex homine gñatur homo sed nō lectulus ex lectulo. vñ dicūt pħi figurā. i. formā lectuli nō esse naturā sed lignū: q: si germiet lectulus nō utiq̄ fiet lectulus ꝫ lignū. sic ergo hec ars: supple se habet q̄ in artificialib⁹ mā est nā: q: mā gñat sibi simile. et in naturalib⁹ supple forma est nā: q: in talib⁹ potissime fit assimilatio in forma: fit enim ex homine homo. ℭ Notādū aūt oēs formas artificiales esse accidentia. natura ergo et sb̄a artificialiū p̄ncipalr̄ est ex materia: et virtute materie artificialia sibi generant simile. lectulus enim nō gñat q: lectulus. Sed quia lignū in naturalibus vō est ecōuerso: q: in eis rō sb̄e principalr̄ sumiꝛ ex forma et generatio similis potissime fit virtute forme. si ergo in artificialib⁹ p̄ncipalr̄ nā est mā et non forma. in naturalib⁹ vō est econuerso: p̄mo et p̄ncipa-

liter nã erit forma ⁊ nõ mã. ¶ Notãdũ etiã nõ p oẽm modũ esse ecõuerso in artificialib⁹ quo in nãlib⁹. in artificialib⁹ enim sic pncipalr est sba ⁊ natura ipa mã: q̃ tñ forma nec est sba nec est nã. in nãlibus aũt nõ sic: q: in eis sic est pncipalr sba ⁊ natura forma: q̃ tñ mã est etiã nã ⁊ sba nõ pncipaliter sed ex consequenti. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius autem natura dicta sicut generatio via est in naturam.

¶ Adducit rõnẽ tertiã: ⁊ duo facit: q: p põit hui⁹ rõnẽ. scdo qõdã qd̃ supposuerat pbat ibi ⌊ nõ enim quẽadmodũ. ⌋ dicit g̃ q̃ mutatio nãlis sicut gñatio est dcã nã: q: via est in nãm. i. in formã. põt aũt formari sic rõ. pp qd̃ vnũqdq̃ tale ⁊ illd̃ magis. Sed gñatio est nã pp formã q: est in via. in formã g̃ forma potissime est nã. ¶ Dubitaret forte aliqs q: nõ vr̃ q̃ gñatio aliquo mõ sit nã. Nã eni ut dictũ est: est pn^m mot⁹ ⁊ quietis: sed hec nõ videt competere gñationi. gñatio eni nõ est pn^m mot⁹. Sed cũ sit quedã mutatio magis vr̃ eẽ finis ⁊ terminus ipsi⁹. ¶ Dicendũ q̃ nã p ⁊ per se cõpetit forme. ex ɔsequẽti vero cõpetit mãe inquãtũ suscipit formã. motui aũt nõ cõpetit nomẽ nãe nisi ualde extenso noĩe ut dicat mot⁹ ⁊ gñatio eẽ nã: q: est via in nãm. est g̃ gñatio aliquo mõ nã: sed non codẽ quo diffinita sed extenso nomine. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nõ eni quẽadmodũ medicatio dicitur nõ in medicinã via: sed in sanitatẽ. Necesse qdẽ eni est a medicina nõ in medicinã eẽ medicationẽ. Non sic aũt nã se hẽt ad nãm: sed qd̃ nascitur ex quodã in qdã uenit s3 q̃ nascitur. Quid igit̃ inascit̃ nõ ex quo sed in qd̃. Forma itaq̃ nã est.

¶ Ondit q̃ gñatio dicat̃ nã: q: denomiat̃ a termio ad quẽ ut a forma: ut p3 per dĩiam quã hẽt ars ad nã3. iõ ait q̃ gñatio nõ dr̃ quẽadmodũ medicatio. nã medicatio nõ dr̃ via in medicia sed in sanitatẽ. Denoiat̃ g̃ medicatio a termino a q: nõ a termino ad quẽ. medicationẽ eni necesse ẽ eẽ a medicia nõ in medicinã. Sed nã. i. gñatio nãlis nõ sic se h3 ad nãm. i. ad formã q: sp denoiat̃ a forma ad quã uadit: iõ subdit q̃ hic qd̃ nascit̃ s̃m qd̃ nascit̃ uenit a quodã in quẽdã. illd̃ igit̃ qd. i. illd̃ aliqd qd̃ inascitur nõ denoiat̃ ex eo ex q uenit sed ex eo in qd siue in qd̃ uenit. mot⁹ eni a nigro i albũ nõ denomiat̃ a nigro a q icipit s3 ab albo in qd̃ uadit. gñatio g̃ denominat̃ a forma ad quã uadit: cu3 g̃ dr̃ nã op3 q̃ forma a qua denominat̃ debeat dici nã. iõ. q. ɔcludẽdo subdit forma utiq3 nã est. ¶ Notandũ autẽ q̃ eadẽ res est actio passio ⁊ mot⁹. Calefactio eni est actio: ut est a calefaciẽte est passio: ut suscipit̃ in tale facto: sed est mot⁹ ut terminat̃ ad formã caloris. l3 g̃ eadẽ res sit actio ⁊ mot⁹: q: calefacere siue calefactio ẽ qd̃dã agere siue qdã mot⁹. nõ tñ s3 eãdẽ rõnẽ dr̃ mot⁹ ⁊ actio: sed mot⁹ est per cõparationẽ ad formã. actio vero est per cõparationẽ ad agẽs: ex quo appet q̃ gñatio s3 qd̃ h3 rõnẽ mot⁹ uel mutationis suscipit spẽm ⁊ denoiationẽ a forma ad quã est: q: ut dicet̃ istra in 3° mot⁹ est in eodẽ gñe cũ rebus ad quas est mot⁹. ¶ Notandũ etiã q̃ naturalia agũt mota: imo q: tota ɔsideratio nãlis vr̃ esse. iõ trãsmutationis ⁊ mot⁹ factiões nãles potissime ɔsiderant̃ ut hñt rõnẽ mot⁹: ⁊ q: ut sũt mot⁹ suscipiũt spẽm ⁊ denoiationẽ a forma ⁊ termio ad quẽ est. op3 q̃ forma potissime dicat̃ nã. ¶ Notandũ etiã q̃ l3 nãlia agant mota. ars aũt agit imobilis factiones ergo nãles l3 ɔsiderent̃ per modũ mot⁹ factiões tñ s̃m artẽ pñt accipi p modũ act⁹: ⁊ quia actiones denoiant̃ a pn° a quo factiones s̃m artẽ ut plurimũ nõ denominãtur a forma quã iducunt sed ab arte a qua sũt: ut medicatio ab arte medicie nõ a sanitate: edificatio ab arte edificandi nõ a domo: qd̃ si utraq3 denoiatio sit possis. q: sicut dicimus q̃ medic⁹ medicet sic dicere possum⁹ q̃ sanet ⁊ sicut dicim⁹ q̃ edificator edificet sic dicere possumus q̃ domificat: vñ videt̃ magis ɔuenies tales factiones denoiare a pn° a q q̃ a termino ad quẽ siue q̃ a forma: q: s̃m q̃ huiusmodi magis uidentur cõsiderari ut sunt actiões q̃ ut sunt mot⁹: q: g̃ ut dictũ est in factionib⁹ nãlib⁹ magis est e cõ: quia magis cõsiderant̃ ut mot⁹ q̃ ut actiones: iõ h̃ habuit otrũ illa dĩia q̃ factiões artificiales denominantur a termino: a quo. nãles aũt a forma ⁊ a termino ad quem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed forma ⁊ natura dupliciter dicitur. Etenim priuatio species quodammodo est. Si autem est priuatio ⁊ contrariũ aliquod circa simplicem generationẽ aut nõ est: posterius considerandum est.

¶ Ondit q̃ priuatio possit dici nã. d. q̃ forma ⁊ nã dupl̃r dicit̃. nã ⁊ puatio quodãmõ est spẽs. s. forma ⁊ nã. natura g̃ ⁊ spẽs dicitur dupl̃r: q: dicuntur de forma ⁊ puatione: ueꝝ q: puatio ⁊ ɔtrariũ habẽt eẽ potissimũ in accñtibus: iõ addit q̃ si priuatio ⁊ ɔtriũ aliqd̃ hẽt eẽ circa gñationẽ simplicem. i. circa gñationẽ sbalẽ. aut nõ est uel nõ hẽt eẽ circa talia cõsiderãdũ est posteri⁹. in 5° eni hui⁹ ⁊ i de generatiõe ondi hẽt utꝝ sbe sit aliqd ɔtriũ. ¶ Notandũ aũt q̃ puatio dupl̃r põt sumi. pmo ut dicit formã incõpletã. sp eni vnũ ɔtrioꝝ magis hẽt rõnẽ habit⁹ ⁊ alid̃ rõnẽ puatiõis ut nigrũ hẽt rõnẽ puationis respectu albi. Sic g̃ accipiẽdo puationẽ nõ h3 dubiũ: qn puatio sit aliq modo nã ⁊ forma. nigrũ eni ⁊ qlibet forma icõpleta quodãmõ forma est. scdo põt accipi puatio ut dicit negationẽ forme s3 quẽ modũ accipiẽdi puatio de se est nõ ens. sic aũt accipiẽdo puationẽ difficile est saluare quomõ sit nã ⁊ forma. ¶ Sciẽdũ enim q̃ sic accepta puatio põt dici forma ⁊ natura tripl̃r. p per accidens eo ipso qd̃ puatio tollit vnũ esse ⁊ dat aliud. scdo põt dici forma ⁊ natura: q: semp est annexa forme uel nature. nunq̃ enim est priuatio vni⁹ contrarij nisi sit annexa forme alteri⁹. tertio dr̃ eẽ puatio natura ⁊ forma: q: in sui itellũ icludit nãm ⁊ formã. semp eni in nõ facere itelligit facere ⁊ oĩno i negatione dicto ut dr̃ circa finẽ scdi elẽchoꝝ. Lectio. III.

Q uoniã aũt determinatũ ẽ q̃t modis nã dicit̃: post hoc speculãdũ est q differt mathematicus a phisico.

¶ Postq̃ phs ondit q̃ mã forma ⁊ puatio put est quedã forma dicuntur natura: ex quibus haberi potest q̃ spectat ad nãlem considerare de materia ⁊ forma cũ spectet ad ip3 ɔsiderare de nã. in parte ista ondit hoc idẽ. s. q̃ spectat ad nãlem ɔsiderare de mã ⁊ forma ex dĩia quã hẽt nãlis ad mathe^cu3

¶ Intēdit aūt in tota lectione talē rōnē. nālis dif-
fert a mathematico: q2 mathematic⁹ ↄsiderat for-
mam ꝑter mām sensibilē. nālis vō ↄsiderat formā
in mā sensibili. Sed ↄsiderās formā in mā sensibi
li hēt ↄsiderare de mā ꝛ forma. ģ spectat ↄsidera-
re ad nālez tā de forma q̄ȝ de mā. hui⁹ aūt rō tota-
lit' fundari vī in diīa quā hēt nālis ad mathemati
cū. iō uenaſ diiā vni⁹ ad alteꝝ. duo ģ facit: q2 ꝑmo
ↄtinuat dicta dicendiſ. secūdo exequiſ de itēto ibi
⌊ eteni plana ꝛ firma. ⌋ dicit ģ ꝙ q2 determinatū est
quot modis dicitur natura. post h̄ speculandū est
quomodo differt mathematicus a pħico. i. a nāli.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Eteniȝ plana ꝛ firma habēt phisica cor-
pora ꝛ longitudines ꝛ puncta de quibus
intendit mathematicus.

¶ Exequitur de itēto ꝛ duo facit: q2 ꝑ adducit rōnes
ꝓbantes mathematicū nō differre a nāli. 2° rōnes
illas soluit dans differentiā inter eos ibi ⌊ de his
qdē igiſ. ⌋ Circa ꝑmū tria facit ſm ꝙ tres ratiōes
adducit. scḋa ibi ⌊ ampli⁹ astrologia. ⌋ 3° ibi ⌊ ꝛ alr
qm̄. ⌋ rō prima talis est. corpora pħica. i. nālia ha-
bent plana. i. superficies ꝛ firma. i. soliditates ꝛ lon
gitudines. i. lineas ꝛ puncta: de qb⁹ intēdit mathe
maticus. Sed scie ↄsiderātes de eisdē sūt eedeȝ ꝛ
nō differūt. ģ mathematica ꝛ nālis eēnt eedē: q2
de eisdem considerant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius astrologia aut altera est: aut
pars phisice. Si eni phisici est quid sit sol
aut luna scire: accidentium autem que sūt
per se nullum inconueniens est.

¶ Ponit secundā rōnē ꝙ astrologia aut est altera a
pħica. i. a nāli. aut est pars pħice. nō videſ aūt ꝙ
sit altera cū de eisdē sit phisic⁹ ꝛ astrolog⁹. ꝙ autē
sit de eisdē pȝ: q2 si pħici est scire quid est sol: ꝛ qd
est luna nullū icōueniēs est. i. oīno ↄueniēs est qḋ
ad pħicū ptinet cōsideratio accidentiū que per se
sūt. i. insunt soli ꝛ lune. cuiuscūqȝ eni est ↄsiderare
sbā ei⁹ est ↄsiderare per se accn̄tia sboꝝ. Si ģ pħi-
cus ↄsiderat de sole ꝛ luna ↄsiderare hēt de eclipsi
bus ꝛ motib⁹ eoꝝ: ꝛ q2 de talib⁹ ↄsiderat astrono
mus. ģ de eisdē est astronom⁹ ꝛ pħic⁹: ꝛ q2 astro-
logia est quedā mathematica: vñ mathematica sal
tē quantū ad illā partē que est astrologia non dif-
fert a pħica. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et aliter quoniā videnſ de natura dicē-
tes: ꝛ de figura solis ꝛ lune: ꝛ utrum speri
ca sit terra ꝛ mundus aut non.

¶ Adducit tertiā rōnē dicēs ꝙ aliter. i. alia rōne vī
mathematica nō differre a pħica: qm̄ dicētes ea q̄
sunt de nā. i. pħi determinantes de nālib⁹ videnſ
determinare de figura solis ꝛ lune: ꝛ utꝝ terra sit
spica. i. utꝝ mūdus sit spic⁹: aut nō. ꝛ q2 de his cō
siderat mathematic⁹ non videtur differre vnuſ ab
alio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De his quidē igiſ negociātur ꝛ mathe-
matic⁹: sed non inquātū phisici corporis
terminu⁹ est vnūqḋqȝ. Neqȝ accn̄tia spe-
culatur inquātū talib⁹ existentib⁹ accidūt:
vnde ꝛ abstrahit. Abstracta eni in intelle
ctu a motu sunt: ꝛ nihil differt neqȝ fit mē
dacium abstrahentium.

¶ Soluit ꝛ tria facit: q2 ꝑmo ponit hi⁹ sol'onē. scḋo
ex his que dixerat reprehēdit platonē ꝛ ulr faciē-
tes ideas. 3° manifestat sol'onē quā dederat. 2° ibi
⌊ latēt aūt. ⌋ 3° ibi ⌊ fiet aūt utiqȝ. ⌋ sol'o aūt oīum
dictaꝝ rōnū i h̄ cōsistit ꝙ lȝ de eisdē cōsideret ma-
thematic⁹ ꝛ nālis: nō tñ sūt vna scia q2 nō ↄsiderāt
de illis eodē mō. ideo ait ꝙ de his quidē igiſ. i. de
lineis superficieb⁹: ꝛ de ceteris talib⁹ negociantur
mathematici. Sed nō negocianſ de eis inquātuȝ
vnūqḋqȝ illoꝝ est termin⁹ pħici corpis: neqȝ etiam
accn̄tia solis ꝛ lune speculanſ mathe^ci inquātū ac-
cidūt corpib⁹ existentib⁹ talib⁹. i. exn̄tib⁹ nālib⁹. vñ
ꝛ mathematic⁹ abstrahit per cōsiderationē a tali-
bus corporib⁹: ↄsiderat eni que sūt a motu. ꝛ hui⁹
cōsideratio q̄ȝtū ad vitatē nihil differt. vā est enim
cōsideratio mathematicoꝝ. ideo subdit ꝙ non sit
mendaciū abstrahentiū. ¶ Dubitaret forte aliqs
utrum mathematica differt a nāli: ꝛ videſ ꝙ non
q2 scie ꝛ ulr oēs habit⁹ recipiūt ex sbis spēm siue
ex his circa que negocianſ: quātitūqȝ ģ nō eodeȝ
mō cōsideret nālis ꝛ mathematic⁹: ex quo de eis-
dē cōsiderāt videnſ eē eadē scia. ¶ Dicēdū ꝙ sicē
in ipsis reb⁹ ut hūt eē in seipsis cōsideraſ aliqd ut
male ꝛ aliquid ut formale: sic etiā res ut ↄsiderā-
tur in scia: ꝛ ut sūt sbm scituū est ibi accipe aliquid
materiale ꝛ aliqd ut formale. Quicqd eni ↄsidera
tur in scia consideraſ sub aliq̄ rōne: ut si de sole ꝛ lu
na ↄsidereſ in nāli pħia: hoc est sub aliqua ratiōe:
utputa iquātū sūt corpora mobilia. ipsa ģ ↄsidera-
ta sunt. q. mā respectu scie. rō aūt sub qua ↄsideran
tur est qd formale in hui⁹ ↄsideratiōe. sic ģ diīa re
rū ꝑncipalr attēdēda est ſm formā: sic ꝛ diīa scia-
rū ꝛ attēdēda ē quātū ad rōnē ſȝ quā ↄsiderāt que
ↄsiderāt: quātūcūqȝ ģ mathematica ꝛ nālis sint de
eisdē. ex q̄ illa nō sub eadē rōne cōsiderātur nō eē
eadē scia. ¶ Qḋ vō obijciebaſ ꝙ circa idē sbȝ ne-
gocianſ: ut pȝ p iā dcā h̄ nō ē formalr sȝ nālit' tm̄bo
na ē ģ sol'o pħi cū ait mathematicū a pħico differ-
re. q2 phisic⁹ ↄsiderat lineas supficieſ: ꝛ talia ut sūt
termini corporis nālis: mathematic⁹ eni lȝ de his
negocieſ: nō tñ negocianſ de his ut sūt hi⁹ termini:
sȝ ut ↄsiderātur ꝑter trāsmutationē ꝛ motū. ¶ Ul-
teri⁹ forte dubitaret aliqs: utꝝ naturalis phūs dif
ferat ab astronomo: ꝛ vī ꝙ nō. mot⁹ eni nō pōt cō
siderari ꝑter motū: q2 tūc aliqd ↄsideraret ꝑter se
ipm. Cū ģ ad astronomū ptineat ↄsiderare de mo-
tib⁹ planetaꝝ cū ↄsideratio de motu videreſ eē ꝓ
pria ↄsideratio nālis astrologia q̄ non videreſ ab-
stracta a trāsmutatiōe ꝛ motu nō vī differre a scia
naturali. ¶ Dicēdū ꝙ astrologia magis appropin
quat naturali pħie q̄ȝ geometria ul' q̄ȝ alia scia pu
re mathe^ca. nō tñ eadē est scia astrologia ꝛ pħica.
nam lȝ utraqȝ sit de motib⁹ planetaꝝ. nō tñ h̄ ē eo-
dē mō: q2 phisica magis est de dictiſ motib⁹ ut mo-
tus sūt. astrologia vō est de talib⁹ motib⁹ ut in eis
ſm uelocitatē ꝛ tarditatē reperiſ maior ꝛ minor
¶ Ex distinctiōe p̄missa arguit locū eē idē q̄ð forma d. si est igit loc⁹ aliq̄d p̄ᵐ ⁊ per se p̄tinēs vnūq̄dq̄₃ corpoꝝ h⁹ locus erit utiq̄₃ terminus vniuscuiusq̄₃ corpis: quare loc⁹ vi eē spēs ⁊ forma vniuscuiusq̄₃ quo mediāte magnitudo determinat ⁊ mā magnitudinis cuiuslibet corporis: q₃ ergo h̄. s. forma uel spēs est termin⁹ vniuscuiusq̄₃ corpis: videbit igit sic p̄siderātibus q̄ locus est spēs ⁊ forma vniuscuiusq̄₃: postq̄₃ hēt rōnē termini sic̄ ⁊ forma. ¶ Notādū aūt q̄ hec rō dupliciter deficit: ut p̄ᵗᵉʳ innuit p̄ per fallatiā equocatiōis. 2° p fallatiā p̄ntis. cū ergo arguit forma ⁊ termin⁹ locus est termin⁹. ergo locus est forma equocat ibi in termino quia locus est terminus extra. forma v̄o terminus intra. rursus est ibi fallatia p̄ntis: q₃ arguitur ex puris affirmatiuis in scd̄a figura. ¶ Notandū etiā q̄ distinctio prius habita de loco ad hoc defuit huic rōni.

Nō eni q̄libet locus est termin⁹. Nā locus cōis nō p̄prie hēt rōnē termini cū nō equet rei locate: sed huius terminus est solū locus p̄prius: si ergo uolebat ph̄s arguere locū eē formā per h̄ q̄ erat terminus oportuit eū distinguē locū p̄priū que est terminus a loco qui nō est termin⁹. uel oportuit eū ostēdere quō locus hēt rōnē termini: q₃ ex hoc hēt q̄ sit termin⁹ inquātū hēt q̄ sit p̄mus ⁊ p̄pri⁹. ¶ Dubitaret forte aliq̄s utrū sit loc⁹ idē q̄ð forma. ⁊ videt q̄ sic: q₃ gn̄ans q̄tū dat rei de forma tātū dat sibi de loco: ex quo vi seq idē eē locū ⁊ formā. Dicēdū q̄ si locus eēt idē q̄ð forma nihil oīno moueret localiter: ⁊ si nō eēt motus localis nō eēt aliq̄s alius motus: h̄ aūt sic ostendit. nā ideo aliq̄d mouet nāliter: q₃ est extra locū illuz ad quē naturaliter tēdit: uel q₃ est in potētia ad aliquod ubi ad q̄ð naturaliter moueri pōt. Cū ergo res semper sit sub forma p̄pria: nec sit intelligibile q̄ aliqua res sit ⁊ tamē careat p̄pria specie: si locus esset forma nō eēt motus naturalis: q₃ semp res esset in suo ubi: imo h̄ posito ubicūq̄₃ poneret quodcūq̄₃ corpus quiesceret: q₃ semp haberet suū locum naturalē secuz. nō ergo esset motus localis naturalis: nec etiā violētus: q₃ posterior nō potest esse nō existēte priori: motus enim violētus est posterior motu naturali ⁊ presupponit illū. nisi enim terra moueret ad mediū naturaliter nō moueret a medio violēter. sunt etiā multa alia incōueniētia que infra dicent: quare locus nō potest idē esse q̄ð forma. ¶ Quod vero dicebat q̄ generās quātū dat rei de forma tātuz dat sibi de loco. ex hoc nō arguit q̄ locus sit idē quod forma: sed q̄ sit aliq̄d p̄sequēs formā cū locus sursum sit cōsequēs formā leuis: locus deorsum formam grauis: quāto ergo generās plus dat rei de forma leuis plus dat sibi de loco sursum: quanto plus de forma grauis plus dat sibi de loco deorsum: ut ignis qui est leuior aere est superior ipso: ⁊ terra que est grauior aqua est inferior ea. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Secūdum autem q̄ videtur esse locus distantia magnitudinis: sic materia. Hec nāq̄₃ altera est a magnitudine. Hec autē est cōtenta sub specie ⁊ diffinita: sicut sub plano ⁊ termino. Est autem huiusmodi materia ⁊ infinitum. Cum enim remoueantur termini ⁊ passiones ⁊ species: relinquitur nihil preter materiam.

¶ Probat locū esse materiā: circa q̄ð duo facit: quia p̄mo facit q̄ð dictū est. scd̄o ad affirmandū q̄ð dixerat adducit dictum Platonis: ibi ⌊ vnde ⁊ plato. ⌋ Dicit ergo q̄ ſm q̄ locus videt esse distantia magnitudinis idest ſm positionē antiquoꝝ ponētiuz locū non esse superficiē corporis p̄tinētis: sed esse spatiuz ⁊ distantiā inter latera magnitudinis ſm h̄. s. materia. i. videt locus esse materia: h̄ nāq̄₃ s. huiusmodi distātia est altera a magnitudine. spatiū enim illud est alterū a corpore p̄tinente ⁊ non est determinatū de se: sed determinat per corpus p̄tinēs: tātuz enim extēdit illud spatiū quāta est distātia laterū corporis p̄tinentis: in hoc g̃ videt esse idez q̄ð materia que de se q̄d indeterminatuz nominat: ideo subdit q̄ hec autē. s. materia est p̄tenta sub specie. i. sub forma diffinita sub plano idest sub

suphicie ꝛ sub termino: est aūt hꝰ mā ꝛ infinitū. i. indeterminatū. Nā cū remouerent̄ termini ꝛ passiones spere vel alicuius alteriꝰ corpis nihil relinquit̄ p̄ter mām: ergo mā est de se qd indeterminatū ꝛ infinitum. determinatū per aliqd̄ sicut ꝛ illud spatiū de se qd indeterminatū. dicit: ꝛ determinatū per aliud. ¶ Notādū aūt q̄ hec ratio pbās locū esse mām deficit: sicut ꝛ ratio p̄ma pbās ipm eē formā. Nā cū ar. mā de se: dicit qd indeterminatū spatiū illud qd̄ ponit̄ locus qd̄ est īter latera ɔtinētia dicit qd etiā īdeterminatū: ergo mā est hꝰ spatiū ꝛ hꝰ locus. arguit̄ ex affirmatiuis in scd̄a figura: ꝛ cōmittit̄ ibi fallatia ɔn̄tis. ¶ Rursus equiuocat̄ ibi quoniā ad esse īdeterminatū nō sequit̄ esse mām. mā enim sic dicit qd indeterminatū q̄ de se nullū actū noīat. dimēsiones vō uel quodcūq; spatium quātumcūq; accipiat̄ sub modo indeterminato non dicit quid omnino in potentia sicut ipsa materia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Unde plato mām ꝛ locū dicit esse idē in thimeo. Receptiuū enim ꝛ locū vnum ꝛ idē dicit. Alio vō modo ibi dicēs receptiuum: ꝛ in dictis nō scriptis dogmatibus: tn̄ locum ꝛ receptiuū idem retulit. Dicūt quidem enim oēs esse aliqd locū. Quid autem est: hic solus conatus est dicere.

¶ Adducit ad ɔfirmationē eiꝰ qd̄ dixerat dictū Platonis. d. q̄ ꝛ Plato in thimeo idē dicit eē mām ꝛ locū. Nā receptaculū ꝛ locū vnū ꝛ idē dicit. videtur ergo q̄ ex dicto platonis ɔfirmat̄ rō p̄dicta. vꝫ q̄ locꝰ sit idē qd̄ receptaculū ꝛ mā. Addit aūt ad increpationeꝫ Platonis q̄ alio modo Plato fuit d. i. diffiniēs idē receptaculū supple in thimeo ꝛ in dictis dogmatibꝰ nō scriptis. icrepn̄dus ergo erat Plato nō utēs receptaculo vno modo. sed in dogmatibꝰ suis nō scriptis. i. in his que dicebat in scolis que nō redigebat in scripto diffiniebat receptaculū vno modo. in thimeo vō alio modo. quocūq; tamē modo uteretur receptaculo. locū tamē ꝛ receptaculū idem retulit siue ideꝫ posuit ꝛ subdit q̄ oēs pħi aliȷ a Platone dicūt locum esse aliqd non tn̄ iuestigauerūt qd eēt locus: sed qd est locus hic solus. s. Plato conatꝰ est dicē. ¶ Dubitaret forte aliqs qd mouebat Platonē ad ponēdū locum esse māꝫ. Dicēdū q̄ duplici rōne moueri potuit. p̄mo q: Plato per mathe. uoluit reddē rōneꝫ de nālibꝰ posuit enim q̄ mā corꝫ. eēnt superficies: uoluit eni solida nālia ɔstitui ex superficiebꝰ: ꝛ q: ex hac positione seq̄bat̄ idē esse corpus nāle ꝛ mathematicū: ꝛ idē esse corpus sbām ꝛ corpus qd̄ est q̄ntitas: opoztuit eū dicere q̄ dimēsiones eēnt mā corpis nālis siue corpis substātie: si ergo alique dimēsiones ponēde sunt huiusmodi mā: maxime erūt ipsa mā dimēsioneſ que de se sunt qd indeterminatū: q: ergo dimēsiones ꝛ spatiū illud qd̄ est īter latera corpis ɔtinētis: qd̄ cōiter ponebat̄ eē locus. dicit qd indeterminatū ꝛ dimēsiones ille vident̄ eē indeterminate de se. determinant̄ aūt per latera corpiſ ɔtinētis: ideo dixit locū eē mām: q: spatiū illud qd̄ dicebat esse locū videbat̄ hēre rōnē materie. 2ª via qua moueri potuit ex hoc forte hēbat ortū. Nā spatiū illud qd̄ est inter latera corpis ɔtinētis: ut distātia illa que est īter latera alicuius uasis in qua recipit̄ aqua uel aer uel aliqd̄ aliud corpus nō solū est indeterminatū de se q̄ntū ad magnitudinē: q: illi spatio nō cōpetit de se magnitudo determinata: sꝫ determinat̄ per latera uasis: sed etiā illud spatiuꝫ est qd indeterminatū q̄ntū ad esse: q: aliqn̄ habet esse aereū: aliqn̄ aqueum: aliqn̄ vō aliud ſm q̄ aliud ꝛ aliud corpuſ ibi recipit̄. Cūꝫ ergo hoc sit mā qd̄ dicit qd īdeterminatū q̄ntū ad esse: ꝛ quātuꝫ ad magnitudinē videbat̄ forte Platoni q̄ spatium illud qd̄ dicebat̄ eē locus ideꝫ esset qd̄ mā. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs utrum uerum sit q̄ locus sit idē qd̄ mā. ꝛ videt̄ q̄ sic. Naꝫ lꝫ prima ratio sit sophistica: q: fundat̄ sup falso fundamēto. 2ª tn̄ ratio videt̄ de necessitate ɔcludere. sola enim mā videt̄ esse illud qd̄ dicit qd indeterminatū: tā ſm esse q̄ ſm magnitudinē. si ergo sic argunt̄ locus: ut de eo loquebant̄ antiq siue spatiū illud dicit quid indeterminatū quātum ad esse: ꝛ quātuꝫ ad magnitudinē: mā aūt est huiusmodi: ergo locus est idē qd̄ materia: lꝫ arguat̄ ex affirmatiuis in scd̄a figura tenet tn̄ argumētum: q: videt̄ esse in mā cōuertibili: qd̄ enim nō est sic indeterminatū est materia ꝛ ecōuerso. Dicēdū q̄ si locus nō pōt esse idem qd̄ forma ut supra ostēdebat̄ multo minꝰ est ideꝫ qd̄ materia. mā enim magis habet oppositas ɔditiones loco q̄ forma. Nā cum forme sit continere. materie vō ɔtineri cū locus qd cōtētiuum dicat cōditio materie videt̄ esse opposita cōditioni loci. rursuſ licet locus nō sit forma: est tn̄ ɔsequens formā nō tn̄ proprie est ɔsequens mām. rōne enim forme cōpetit rei determinatꝰ locus: sed non rōne materie. Si ergo forma nō est idem qd̄ locus multo minus est ideꝫ qd̄ mā. qd̄ vō obijciebat̄ de spatio illo uel de dimēsionibꝰ illis que sunt in potētia ad eē ꝛ ad magnitudinē dicēdū q̄ intra latera corporis ɔtinētis nō sunt realiter nisi dimēsiones corporis ɔtenti ut aqua existēte in uase intra latera uasis nō sunt nisi dimēsiones aque aqua de uase: ꝛ subintrāte ibi nere nō erūt intra dicta latera nisi dimēsiones aeris realiter aūt nō est dare dimensiones aliqs separatas que sunt in potētia ad hoc esse uel ad illd̄ ut ratio supponebat. Si ergo infra latera uasis est dare aliqs dimēsiones preter dimensiones corporis ɔtenti hoc nō erit realiter. sed ſm imaginationem tātū. dico igit̄ qd̄ si huiusmodi dimēsiones uel huiusmodi spatiū eēt locus poni nō posset qd̄ taliſ locus esset idē qd̄ materia: q: materia dicit quid reale: ꝛ non qd imaginatuꝫ tm̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Merito autē ex his intēdentibus videt̄ uniq; difficile cognoscē qd est locus: si qdē hoꝝ qdcūq; est: siue mā: siue species. Hec eni certissimā hn̄t speculationē: ꝛ in sensu ab alijs: si facile est cognoscere ipa.

¶ Adducit rōnes ad partē oppositā: ostendēs q̄ locus nō pōt esse materia neq; forma. circa qd̄ duo facit. q: p̄mo assignat difficultatē huiusmodi positionis: si ponat̄ locus mā uel forma. scd̄o adducit rationes locuꝫ nō esse materiā neq; formā: ibi[at vō.]Dicit ergo q̄ merito intēdētibꝰ ex his ex quibus ponit̄ locus eē materia uel forma videt̄ utiq; difficile cognoscere qd sit locus. siqdē locus quodcūq; ꝛ hoꝝ siue materia: siue species altissimaꝫ. i. difficillimā habet speculationē. ꝛ est ratio: q: siue

inuicē nō facile est cognscere ipa. Nō eni pōt fm q̄ b[m] cognosci mā sine forma nec ecōuerso: q₂ correlatiua sunt. ❡ Notandū aūt q̄ si locus ponaꝛ mā uel forma dupliciter est difficile cognscere ipꝫ. pmo q₂ mā ꝛ forma noiare pñt simplicia pncipia. qōlibet eni simplex pncipiū hēt cognitionē alierā ꝛ difficilē. secūdo est hoc difficile qa quāto plura reqrūtur ad cognitionē alicui⁹ tāto difficilior est cognitio ipsius. cuꝫ ergo nō possit cognosci mā ignorata nā forme nec ecōuerso difficil' est cognitio loci: qa siue ponaꝛ locus mā tm̄ siue forma tm̄ non tamen habebitur cognitio eius sine cognitione utriusqꝫ. ❡ Deinde cum dicit.

❡ At vo q̄ impossibile sit quodlibet horum esse locū: non enim difficile videre. Species quidem enim ꝛ materia non separantur a re: locum autem cōtingit. In quo nāqꝫ aqua erat: in hoc iterꝫ aer: sicut diximus prius fit transmutatis adinuicē aereqꝫ ꝛ aqua ꝛ aliis corporib⁹ similiter quare neqꝫ ps neqꝫ habit⁹ sed sepabilis est locus ab vnoquoqꝫ. Et videꝛ eni huiusmodi aliqd eē loc⁹: ut uas. Eteni uas locus transmutabilis. Uas aūt nihil rei. Secūdū quidē igiꝛ q̄ sepabilis est a re: sic quidē nō est species. Secundum autē q̄ continet: sic quidē alterum a materia.

❡ Adducit rōnes pbātes locū nō eē māꝫ neqꝫ formaꝫ circa qō qtuor facit ꝫ q̄ quatuor rōnes adducit. 2ª ibi[videꝛ aūt semp.] 3ª ibi[amplius quō ferꝛ.] 4ª ibi[ampli⁹ tm̄ ex aere.] Dicit ergo at vo qō impossibile sit locū esse qōlibet hoꝝ idest māꝫ uel formā nō est difficile videre. spēs qdē eni ꝛ mā nō separanꝛ a re. locū aūt ꝯtingit separari ab eo cui⁹ est in quo nāqꝫ aqua erat in hoc iterū fit aer sicut diximus prius trāsmutatis iuicē corporib⁹ aere. s. ꝛ aq̄ ꝛ qō dictū est de aere ꝛ aq̄ itelligēduꝫ est de aliis corporib⁹ similiter q̄ pñt trāsmutare loca sua: qre locus nec pars est rei. s. materialis neqꝫ est habit⁹ s. pars formalis. Sed locus est separabilis ab vnoquoqꝫ. mā aūt ꝛ forma nō separanꝛ a re: vñ subdit q̄ videꝛ locus eē aliqd h[m] ut uas. uas eniꝫ est quasi locus trāsmutabilis. cū aūt nihil sit rei ꝛ possit separari a re ꝯtēta locus poterit separari a locato ꝛ ecōuerso. subdit aūt. q. ꝯcludēdo q̄ locus fm q̄ est separabilis a re sic nō est spēs nec forma. fm vo q̄ ꝯtinet sic est alterꝫ a mā: qa mā nō pprie ꝯtinet sed ꝯtineꝛ. ❡ Notādū aūt q̄ ait uas esse locū trāsmutabilē: qa uas nō est locus nisi materialiter. Si aūt debet eē formaliter locus oportet q̄ ultra ꝯtinentiā uasis itelligamus ibi debitū ordinē ad vniuersum: qa ergo locus est trāsmutabilis materialiter ꝛ nō formaliter vt infra plenius declarabiꝛ diciꝛ esse uas locus trāsmutabilis qa est locus materialiter qui fm q̄ h[m] trāsmutari pōt. pro tāto tm̄ facit exēplū ad ppositū: qa sicut uas nihil est rei ꝯtente ꝛ pōt separari ab ea sic locus pōt separari a locato. ❡ Notādū etiā q̄ cū de forma nō sit dubiū q̄ nō separaꝛ a re dubiū tm̄ est de mā que est ingenerabilis ꝛ icorruptibilis. Cū ergo pbasset locū nō eē formā qa est separabilis a re ut remoueret ōēm calūniā addidit specialē rōneꝫ de materia ꝛ dixit locū nō esse māꝫ quia locus ꝯtinet mā cōtinetur. ❡ Dubitaret forte aliqs qa nō videꝛ uerū q̄ materia nō ꝯtineat qa cū forma sit in mā ꝛ omne qō est in aliquo videaꝛ ꝯtineri ab illo videꝛ q̄ mā habeat rōnē ꝯtinētis. ❡ Dicēdū q̄ ꝛ si aliquo modo possemus dicere māꝫ ꝯtinere nō tm̄ ꝯtinet ut finiēs ꝛ determināns sed sic ꝯtinet formā q̄ finiꝛ ꝛ terminaꝛ per ipsam vñ pprius diciꝛ q̄ ꝯtineaꝛ q̄ꝫ q̄ contineat. locus aūt cōtinet ut finiēs ꝛ termināns. dato ergo q̄ ꝯcedamus materiā ꝯtinere illa tm̄ continētia oīno sumeꝛ eqnoce respectu ꝯtinētie localis. ex modo ergo cōtinendi loci sufficienter locus distinguitur a materia. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Uidetur autē semp qō est alicubi ipsum esse aliquid: ꝛ alterū: aliquid extra ipsum.

❡ Adducit secūdā rōnem circa qō duo facit: qa p̄ facit qō dictū est. 2° disgrediꝛ ut icrepet Platonē ibi[Platoni igiꝛ dicēduꝫ.] D. ꝫ q̄ videꝛ semp qō est alicubi. i. qō est in aliquo loco ipsum locatū eē aliqd ꝛ alterū aliqd ut locū esse extra ipsum. locus ergo est extra locatū. sed supple mā forma sunt in eo cuius sunt nec sunt extra ipꝫ ergo locus nō est materia nec forma. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Platoni igitur dicendum est: si oportet trāsgredientes dicere: quare non in loco species ꝛ numeri sūt: ꝛ hoc si uere pticipatiuū est locus siue magnitudis ꝛ puitatis existēte participatiuo siue materie: ut in thimeo scripsit.

❡ Disgrediꝛ ut repħendat Platonē. D. q̄ si opꝫ trāsgrediētē dicē disgressionē facere dicēduꝫ est Platoni: quare spēs. i. idee: ꝛ numeri nō sūt in loco: ꝛ hoc si locus uere est qd pticipatiuū siue exñte pticipatiuo magno ꝛ paruo que sunt dīe māles siue exñte pticipatiuo ipsa mā ut in thimeo scripsit qlitercūqꝫ supple loquiꝛ Plato de participatiuo: opꝫ eū dicē numeros ꝛ ideas eē in loco. Naꝫ si ponebat Plato locū hēre rōnē participatiui: ꝛ dicebat ideas ꝛ numeros pticipari a magno ꝛ puo uel a mā: oportebat eū dicē ideas ꝛ numeros eē in suis pticipatiuis ꝛ eē alicubi sicut in loco. ❡ Notāduꝫ q̄ Plato in sua positione iplicat ꝯdictoria. dicebat enim ideas ꝛ numeros ideales esse qdditates reꝝ separatas: q₂ ergo dicebat talia eē quidditates ponebat ea in rebus. q₂ vo dicebat ea separata ponebat ea nō in rebus: ponebat ergo ideas in rebus ꝛ non in rebus ꝛ sequebatur ex dictis suis q̄ idee essent in loco ꝛ non in loco quod est implicare opposita. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Amplius quomodo ferētur in sui locū si locus esset materia aut spēs. Impossibile est eni cuius nō est motus neqꝫ sursū aut deorsum locū eē. Quare querendus in huiusceemodi locus est. Si aūt in ipso locus est: oportet eni siquideꝫ aut forma aut materia est: erit locus in loco. Transmutantur eni simul cum re: ꝛ mouentur ꝛ species ꝛ infinitū non semper in codeꝫ sed ubi utiqꝫ res. Quare loci erit locus.

¶ Ponit tertiã rõnem dicẽs amplius quõ ferunt res in suũ locũ: si locus eẽt mã aut spẽs .i. forma. impossibile enim est cui' nõ est mot' nec sursum aut deorsum locũ esse .q.d. locũ nõ eẽ rerũ imobiliũ: qꝛ querẽdus est locus in h'.i. in rebus mobilib'. Si aũt in ipso mobili locus est qd ops dicere: siqdem forma aut mã est locus erit ergo locus in loco. Nã si rebus mobilib' querit' locus ⁊ mã ⁊ forma sunt mobilia qꝛ sunt in re mobili mãe ⁊ forme cõpetet locus: ꝙ aũt mã ⁊ forma sint mobilia pꝫ: qꝛ trãsmutant' simul ⁊ mouent' cũ re spẽs ⁊ īfinitũ .i. forma ⁊ mã. nõ enim semꝑ sunt in eodẽ loco mã ⁊ forma. sed mã ⁊ forma sunt ubi est res illa cuius sunt ꝑtes: quare loci erit locus. nã si mã ⁊ forma sunt mobilia ⁊ sunt in loco: si ponat' locus eẽ mã uel forma sequit' ꝙ locus sit in loco. ¶ Dubitaret forte aliqs: qꝛ cũ dĩ ꝙ rebus mobilib' querẽdus est locus. videt' intelligẽdũ eẽ de mobilibus per se nõ per accñs. mã aũt ⁊ forma nõ mouent' per se: sed per accñs. mouent' enim mota re cuius sunt ꝑtes: ꝙ si mobilibus per accñs vellemus q̃rere locũ cum ipse locus moueat' per accñs: qꝛ mouet' ad motũ corꝑis locãtis in quo est tanq̃ in sbto: seq̃ret' ꝙ loci eẽt locus. illd ergo ⁊ idẽ incõueniẽs: qd ꝯcludit pħs ꝯtra ponẽtes locũ eẽ mãm ⁊ formã põt ꝯcludi ꝯtra ipsum ponẽtẽ locũ eẽ ultimũ corꝑis ꝯtinẽtis. nã sicut mã ⁊ forma mouent' per accñs: sic ⁊ h' ultimũ per accidẽs moueri videt'. Dicẽdũ ꝙ huic dubitatiõi cõmẽ. sic satisfacẽ nitit'. ait enim ꝙ mã ⁊ forma semꝑ mouent' ad motũ rei uel ad motũ corꝑis. locus vero nõ semꝑ mouet' ad motũ rei uel ad motũ corporis qñ accidit corꝑi ꝙ sit ꝯtinẽs aliud corpus. ⁊ qꝛ qd est semꝑ est .q. per se: qd aũt nõ est semꝑ est .q. per accñs: mã ⁊ forma: ut ait .q. per se mouent': locum vero .q. per accñs: ideo mãe ⁊ forme q̃rendus est locus: sed ipsi loco nõ est q̃rendus locus. hec aũt rõ nõ satisfacit. Nã ut declarari hẽt ꝑ posterioꝝ ca° de per se. per se aũt addit supple de oĩ. nõ enim sufficit ꝙ aliqd sit in oib' ⁊ semꝑ ad hoc ꝙ sit per se rursus si locus raro mouet' ⁊ per accñs saltem per accñs ⁊ raro loco eẽt querẽdus locus: qd nec pħs ꝯcederet. possumus ergo dicere ꝙ in loco duo est ꝯsiderare. vꝫ illud qd est mãle in loco ut superficies corꝑis ꝯtinẽtis. ⁊ illud qd est ibi formale ut ordo ad vniuersum. locus ergo mãliter moueri põt: qꝛ ultimũ corꝑis ꝯtinentis põt esse qd mobile. ordo tñ ad vniuersum semꝑ manet imobilis. locus ergo ut locus est: ⁊ quãtũ ad id qd est formale in ipso: nec per accñs moueri põt. sed forme ut forma est ⁊ materie ut mã est cõpetit mot' per accñs. nõ est ergo querẽdus locus ipsi loco: si loq̃mur de eo ꝺm opi. pħi. sicut est querẽdus locus ipsi loco: si ponat' eẽ mã uel forma: qꝛ hac positione posita locus mouebit' saltem per accidens: qd non competit loco formaliter loquendo: si loquamur de ipo ꝺm opi. pħi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius cum ex aere fit aqua: perditus est locus. Non enim in eodem loco fit corpus. Que igitur corruptio.

¶ Adducit quartã ⁊ ultimã rõnẽ ad ꝓpositũ que rõ spãliter ꝓbat locũ nõ eẽ formã: ait aũt ꝙ cũ ex aere fit aqua locus est ꝑdit' .i. corrupt'. si qdẽ spẽi .i. forme in hẽat ꝙ eẽt locus. nã hoc posito cũ corrupta sit forma corrupt' erit locus. nõ tñ in eodẽ loco .i. in eadẽ spẽ ul' in eadẽ forma est corpus qd fit .i. corpus qd generat' ⁊ supple corpus qd corrũpit' que igit' est corruptio loci .q.d. nulla: qꝛ loc' est qd immobile. formetur ergo sic ratio. forma perditur ⁊ corrũpit' locus nõ corrũpit'. ergo nõ est forma.

¶ Ex qbus igit' necessariũ est locũ esse aliquid: ⁊ iterum ex quibus utiq̃ dubitabit aliquis de substantia ipsius dictum est.

¶ Ultimo .q. epilogãdo ait qd ibi Ex quibus igitur necessariũ est locũ esse aliquid: ⁊ ex quibus utiq̃ dubitabit aliquis de substantia .i. de quidditate ipius loci quid sit dictum est. Lectio. IIII.

p

Post hec autem accipiẽdũ est quot modis aliud in alio dĩ. Uno qdem igit' modo sicut digitus in manu: ⁊ oĩno pars in toto est. Alio vero sicut totum in ꝑtib'. Nõ enim ꝑter ꝑtes est totũ. Alio modo sicut hõ in aĩali. ⁊ oĩno spẽs in genere. Alio vero sicut genus in specie: ⁊ oĩno pars speciei in spẽi rõne. Adhuc sicut sanitas in calidis ⁊ fridis: ⁊ oĩno spẽs in mã. Adhuc sicut in rege que sunt grecorũ: ⁊ oĩno motũ in p̃mo motiuo. Amplius sicut in optimo: ⁊ oĩno in fine. Hoc autẽ est: cuius causa fit. Oĩum aũt maxime proprium est sicut in uase: ⁊ oĩno in loco.

¶ Postq̃ pħs inq̃siuit disputatiue an sit locus ⁊ qd sit. in ꝑte ista declarat q̃dã per que manifestari habẽt. quedã sophisticationes supius facte. circa qd duo facit. qꝛ primo ꝓmittit huiusmodi declarationes. scđo ex declaratiõibus ꝓmissis manifestat sophisticationes illas ibi Qd autẽ zeno opposuit. ¶ Circa primum duo facit ꝺm ꝙ duo declarat. primo enim declarat quot modis dicit' esse aliquid in aliquo. secũdo declarat ⁊ manifestat an aliqd possit esse in seipso ibi Dubitabit aũt aliqs. Dicit ergo ꝙ post h' que dicta sunt accipiẽdũ est q̃t modis aliquid dicit' esse in alio: sunt aũt hui' octo. vno qdem modo hic ꝯtingit sicut digitus est in manu ⁊ oĩno sicut pars in toto. alio vero modo est ecõuerso .s. sicut totũ in partibus. nõ enim est totũ ꝑter partes. Alio autẽ modo sicut homo in aĩali: ⁊ oĩno .i. vniuersaliter species in genere. Alio vero videlicet quarto modo sicut gen' in specie: ⁊ oĩno pars speciei in ratiõe speciei. genus enim est pars rationis speciei: qꝛ est pars diffinitiua eius. adhuc autẽ quĩto modo hoc cõtingit sicut sanitas est in calidis ⁊ frigidis: ⁊ oĩno sicut species .i. forma est in materia. adhuc autẽ sexto modo sicut res que sunt grecorũ sunt in rege: ⁊ oĩno motus in primo motiuo. dicit' enim esse in aliquo quicqd est in potestate ei' ⁊ qꝛ regnum est in potestate regis: regnũ est in rege. Amplius septimo modo aliqd est in aliquo sicut in optimo ⁊ oĩno sicut in fine. hoc autẽ est cuius causa vnũquodq̃ habet ꝙ sit. hoc autẽ modo cor ⁊ aĩus alicuius dicit' esse in eo qd diligit ⁊ in eo ubi ponit optimum ad felicitatẽ. omniũ aũt maxime propriũ est aliqd in aliquo. Octauo modo sicut aliquid est in uase ⁊ oĩno sicut locatum in loco. ¶ Notandũ aũt ꝙ sufficiẽtia hoꝝ modoꝝ: sic põt

accipi. Nam hi modi vel sumunt̃ sm partẽ & totũ & sic sunt quatuor primi modi. vel sumunt̃ sm causam & cãtũ: & sic sunt quatuor sequẽtes. modi aũt sm partẽ & totum sic accipi possunt: totalitas nãq̃ & partialitas vel põt accipi sm rem vel sm rõnem si accipiant̃ sm rem: sic accipiunt̃ primi duo modi vz put pars integralis est in suo toto ut digitus in manu: & put totuz integralis est in suis ptibus: totũ enim integrale respectu suarũ partiũ dicit totalitatẽ sm rem. Si võ accipiat̃ totalitas sm rõnez: sic sunt alij duo modi, put species est in genere: & genus in spẽbus: genus enim est pars diffinitiua speciei: sed nõ est pars sm rem: q2 totũ qd dicit species dicit genus sm rem: lz dicat totũ illud per modũ partis: ut per moduz materie. ad hũc ergo modũ reducit̃ prout. d. est in specie vel put differẽtia est in genere. differẽtia eniz est pars diffinitiua speciei: & est in genere tanq̃ in suo toto vniuersali. in specie võ tanq̃ in eo cuius est pars diffinitiua. quatuor ergo modi ẽẽndi ibi sumunt̃ sm partẽ & totũ duo sm totalitatem realẽ: & duo sm totalitatez rationis. alij aũt quatuor sumũtur sm causam & causatũ: ut sm formã & mãm. modus qrtus qui sumitur put species est in materia sm cãm efficientez. modus sextus qui sumit̃ put motus est in motiuo sm causam finalẽ. sumit̃ septimus & octauus. finis enim dupliciter est vel simplex vel sm aliquez modũ. Si sumatur finis simpliciter sic est septimus modus put aliquid est in suo optimo. Si võ sumatur finis sm aliquez modũ sic est octauus modus prout locatũ est in loco. ipse eniz locus ut supra declarabat̃ est aliquo modo finis locati. ad hũc autẽ modũ reduci habet prout aliqd est in tẽpore: locus enim sic est finis locati q etiã est mẽsura eius: & q2 tẽpus est mẽsura tẽporaliũ: modus quo aliqd est in tẽpore reducitur ad modũ quo aliquid est in loco. ¶ Notãdum etiã q cuz esse in loco sit maxime pprius modus essendi in oĩbs. alij modi reducunt̃ ad ipsum. qd enim est in loco cõtinetur & quietat̃ in ipso: oẽs ergo predicti modi essendi reducũtur ad istũ: q2 in oĩbus denotat̃ aliqua ptinẽtia vel aliqua cõmemoratio vl' aliq̃ fixio. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Dubitabit autem aliquis: utrum vnum & idez aliquid esse in seipso contingit: aut nihil: sed omnia aut nusq̃: aut in alio eẽ.

¶ Inuestigat an aliquid possit esse in seipso. circa qd duo facit: q2 primo mouet huiusmodi questionez. scdo eam soluit ibi [Dupliciter aũt.] Dicit ergo q dubitabit aliqd aliquis utrũ vnum & idẽ aliqd cõtingit. i. possit esse in seipso: aut nihil est in seipso: sz omnia. i. quelibet aut nusq̃ sunt: aut si alicubi sunt in alio contingit ea esse. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dupliciter aũt hoc est: aut sm se: aut sz alterũ. Cũ enim sint quedã ptes totius: & hec in illa: & illa in hoc dicet̃ totũ in seipso esse. Dicit̃ aũt & sm ptes: ut albũ: q2 supficies & sciẽs: q2 ratiocinatiuũ. Amphora qdem igit̃ nõ erit in seipsa: neq̃ vinũ. Vini autẽ amphora erit. Qd nãq̃ est: & in quo est: utraq̃ eiusdẽ ptes sunt idẽ. Sic qdem igitur contingit idem aliqd esse in seipso.

¶ Soluit ad questionẽ ppositã. est autez dicte questionis solutio q ratione partiũ aliqd põt esse in seipso. sed primo nihil est in seipso. duo ergo facit: q2 primo ostẽdit q sm alterũ & sm partes contingit aliqd esse in seipo. secũdo ostẽdit q primo nihil est in seipso ibi [primuz aũt non ptingit.] Dicit ergo h aũt. i. esse in seipso dupliciter est: aut sm se & primo: aut sm alterũ & sm partes. cum enim sint partes totius & h. s. totuz sit in illis. i. in ptibus: & illa. i. partes sint in hoc. i. in toto. dicet̃ totuz supple eẽ in seipso ppter partes. q. d. q q2 partes sunt in toto & ecõuerso: qd cõpetit vni attribuit̃ alteri. qd autez attribuitur toti cõpetit partibus: & qd denotetur totũ ppter partes patet: q2 dicit̃ aliquid. i. denoiatur sm partes: ut dicit̃ corpus album: q2 supficies est alba que est aliquid corpis: & dicit̃ homo sciens: q2 ratiocinatiuũ. i. intellectiuũ est sciens vel est subiectũ sciẽtie. h ergo modo totum erit in seipso ppter partes: amphora quidẽ igit̃ non erit in seipsa: nec vinũ erit in seipso. sed amphora vini. i. totum hoc amphora & vinũ erit in seipso ppter partes. q nãq̃ est in alio ut vinuz & illud in quo est ut amphora utraq̃. s. hec sunt partes eius totius: q2 sunt partes aggregati ex amphora & vino. Sic qdem igit̃ sm suas partes ptingit idem aliquid esse in seipso. ¶ Notandum aũt qd q2 nisi esset motus nõ quereremus locũ. eodez. q. modo loquimur de motu & de loco. Sicut enim nihil mouet seipsum. primo ita q totum moueat totuz. mouet tamẽ aliquid seipsum ratione partiuz: inquantuz vna pars mouet aliã partem. sic nihil est in seipso primo. est tamẽ aliquid in seipso ratione partiũ. Nam si que sunt partiũ possunt attribui toti: cuz anima mouet corpus: totũ animal dicitur mouẽs nõ ratione totius: sed ratione partiũ: ut ratione anime. sic totuz aĩal dicitur motum ratione corporis. a simili ergo cũ amphora continet vinũ totuz aggregatũ ex amphora & vino dicitur esse in seipso: & continere seipsum totuz. totũ enim tale aggregatũ est continẽs & contentũ. dicit̃ enim tale totuz continẽs: q2 vna pars eius ut amphora est quid cõtinens. & dicitur totũ esse cõtentũ: q2 altera pars ipsius ut vinũ est quid cõtẽtũ. hoc ergo modo. s. per synodochem: inquantũ que sunt partiũ attribuũtur toti dicitur totũ esse in seipo: q2 vna pars est in alia parte. ¶ Notãdum autẽ q ut probat totũ denoiari sm partes manifestat aliqd denominari posse ab omni eo qd est in ipso ut corpus dicitur albũ: q2 superficies est alba. & in hoĩe dicitur esse sciẽtia: q2 in potentia intellectiua est scientia. si ergo qd cõpetit superficiei attribuit̃ corpori: & qd cõpetit potentie intellectiue attribuit̃ homini nõ est incõueniens qd cõpetit ptibus attribuere toti. Si ergo vni pti ut amphore cõpetit ptinere & alteri parti ut vino cõpetit cõtineri: tam ptinere q̃ ptineri attribuitur toti. dicet̃ ergo totum esse in seipso & ptinere seipsum: q2 vna pars continet aliam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Primum aũt non cõtingit: ut album in corpore: supficies enim in corpore: scientia autem in aĩa. Secũdum hoc aũt sunt appellationes: cuz partes sint sicut in homine. Amphora aũt & vinum cum seorsum sint non partes. Simul autem cum sint partes: erit idem in seipso: ut albuz in

hoie: qm̄ in corpore: ⁊ in hoc qm̄ in super ficie. In hoc autem non amplius: quoniam ſm aliud est. Et altera specie hec sūt: ⁊ alteram naturaz habet vnumquodq₃ ⁊ potentiam: ut superficies ⁊ album.

¶ Ostenso ꝙ potest aliquid esse in seipso ſm alterum ut ſm partes ostēdit ꝙ nō potest esse aliqd in seipso primo rōne totius. circa qđ duo facit: q₂ primo ostēdit ꝙ non pōt esse aliqd in seipso primo ⁊ per se. scđo ꝙ non pōt esse aliqd in seipso primo ⁊ per accidēs ibi[at vō neq₃ ſm accidens.]Quomodo aūt sit intelligēdū ꝙ aliqd sic possit esse in aliquo primo per accñs: ⁊ quomodo hoc dictū non impli cat opposita in dubitationib⁹ patebit. circa qđ primū tria facit ſm ꝙ tripliciter declarat intentū. primo eniz declarat intentū. q. exēplariter ⁊ per quā dam manuductionē. scđo per inductionem. tertio per rationez. scđa ibi[neq₃ igitur inductiue.]tertia ibi[⁊ rōne manifestū.]Probat igiť primo nō esse aliquid in seipsum: ⁊. q. exēplariter ⁊ per quā dam manuductionē dicēs: ꝙ primū nō ꝯtingat ali quid esse in seipso: ut si album est in corpe: q₂ suꝑficies est in corpore: sciētia aūt est in aīa: q₂ est in intellectu: ſm hoc aūt. i. ſm ptes sunt huiusmodi appel. i. huiusmodi denolationes: cū sint partes sicut in hoie. aīa enim ⁊ corpus sunt partes hois. poterit ergo homo dici albus ꝓpter corpus: ⁊ sciēs ꝓpter aiam. sunt ergo tales denolationes ꝓpter partes. amphora aūt ⁊ vinū cum seorsum sint. i. cum sint diuisa ab inuicē nō sunt partes alicuius corporis totius: simul aūt existētia supple sunt partes. ꝓpter qđ cum talia sunt ptes ꝓpter huiusmodi ptes erit idem in seipso. ex hoc igiť exēplo ⁊ ex hac manuductione: q₂ hoc totū amphora ⁊ vinū est in seipso ꝓpter partes: ⁊ cū partes sunt ꝯiūcte non tñ sunt diuise patet: q₂ totuz non est in seipso per se. ⁊ ꝑmo: sed rōne partium. ꝙ aūt ſm partes possit fieri denolatio: ⁊ ꝙ aliquid possit dici tale: q₂ aliqd eius est tale manifestat cum ait: ꝙ albū est in hoie: qm̄ est in corpore: in hoc aūt. s. in corpore est albedo: qm̄ in superficie: in hoc aūt. i. in suꝑficie non est amplius albedo ſm aliud: q₂ propriū est suꝑficiei i. corporis terminati primo loco colorari. addit autē ad remotionē cuiusdā cauillationis ꝙ hec. s. superficies ⁊ albū sunt altera specie. ⁊ vnūqđq₃ eorū habet alterā nām ⁊ potētiam. ¶ Notandū aūt ꝙ talis est locutio cū₃ diciť aliqd est in seipso: sicut si diceret album esse in hoie. albū eniz nō est in homine rōne totius: sed ratione partis ut rōne corporis: sic etiaz totū nō est in seipso ratione totius sed ratione partiū. ¶ Notandū etiam ꝙ ait albū ⁊ superficiē esse altera ſm spēm ⁊ habere alterā naturā: q₂ si eadem esset natura albi ⁊ suꝑficiei cum albū sit in superficie. primo esset aliqd in seipso ꝑmo ne ergo aliqs cauilleť dicēs aliqd esse in seipso primo q₂ albuz est idem qđ superficies: superficies est in superficie. primo ait albuz ⁊ superficiem esse diuersa specie: ⁊ habere alteram potentiam ⁊ naturam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neq₃ igitur inductiue considerantibus nihil in seipso videmus ſm nullum determinatorum modorum.

¶ Probat hoc idem inductione. d. ꝙ nec inductione ꝯsiderantibus ſm nullū determinatoꝝ modoꝝ videmus nihil esse in seipso. discurramus ergo per oēs dictos modos essendi: nō inueniemus aliquid esse in seipso. nunq̄₃ enim in dictis modis dicēs ꝙ totū sit in toto pars in parte genus in genere species in specie forma in forma: nec vnquaz ibi dicitur ꝙ aliquid sit in seipso sed semꝑ ꝙ aliud in alio est ut totū in partib⁹ ⁊ econuerso genus in speciebus ⁊ eꝯ ⁊ sic semꝑ aliud in alio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ratione manifestum est: quia impossibile est. Oportet eniz utraq₃ utrūq₃ eē: ut amphorā uasq₃ ⁊ vinum esse. Vinum autem vinum ⁊ amphoram: si uere primuz contingit: ⁊ ipsum in seipso esse.

¶ Probat aliqd nō esse in seipso. ꝑmo per rōnez. pōt aūt dupliciter intelligi aliqd esse in seipso per se ⁊ prīo. vno modo si totū sit in toto ut ꝙ totū amphora ⁊ vinū sit in seipso per se ⁊ ꝑmo. alio modo potest intelligi ꝙ pars sit in pte: ut ꝙ amphora sit in seipsa per se ⁊ primo. duo ergo facit: quia primo ostēdit nō est aliquis in seipso primo si totuz ponatur in toto. secūdo ostendit hoc non esse si pars ponatur in parte ibi[qđ siquidem maxime.]Dicit ergo ꝙ ratione maximum est: q₂ impossibile est aliquid esse in seipso: q₂ supple ſm hunc moduz ponitur totū in toto oportet utraq₃ idest utrāq₃ partez illius totī⁹ esse utrūq₃ ergo posito necesse est quālibet partem esse totū siue esse utrāq₃ partez: ut necesse est amphoram esse uas ⁊ vinū: ⁊ vinum esse vinū ⁊ amphoram: ergo hoc impossibile cōtingit si uere ipsum totuz contingit esse in seipso primo. ¶ Dubitaret forte aliquis vnde sequiť hꝯ ꝙ si totū est in seipso primo ꝙ quelibet pars erit ipsum totum: ⁊ ꝙ quelibet pars erit oēs partes: ut si hꝯ totum vinū ⁊ amphora erit in seipso primo vinum erit vinū ⁊ amphora: ⁊ amphora erit amphora ⁊ vinum. Dicendū ad hoc ꝙ cōsequentia dupliciter declarari potest primo sic. philosophi enim primo super hoc sustētati sunt ꝙ semper recipiens ſm ꝙ huiusmodi est denudatū a natura recepti. alia est enim natura recipientis ⁊ recepti sicut alia est natura actus ⁊ potentie. ¶ Dubitare eniz an recipiens sit aliud a recepto est dubitare de primis differentijs: ⁊ est dubitare utrū natura potentie sit altera a natura actus. si ergo totū est in seipso primo cum quodlibet totuz sit idem sibi fiet receptio ſm idētitatem non ſm alteritatē: quicqd igitur erit in toto erit idem totī: q₂ igitur si totū est in seipso primo cum totuz dicat oēs partes quelibet pars erit in toto t ⁊ q₂ ſm dictam hipothesim quicqd est in toto est idem totī vnaqueq₃ pars erit idem totī: ⁊ erit ipsum totū. Si ergo hoc totū vinuz ⁊ amphora est in seipso primo quelibet pars totius erit hoc totū. vinū ergo qđ est vna pars huius totius erit hoc totum. s. vinū ⁊ amphora: ⁊ amphora que est altera pars erit ipsum totū. s. amphora ⁊ vinum. ¶ Secūda via ad declarandū hoc idem sic haberi potest. Nunq̄₃ enim totum esset in seipso primo ⁊ per se nisi totū ad seipsuz cōuerteretur: omne autem ad se cōuersum ut probat Proculus est quid simplex: ⁊ omne tale caret partib⁹. immo si poneretur habere partes esset idem cū qualibet parte. Nunq̄₃ enim totū potest ad totū conuerti ⁊ totuz

esse in seipso primo nisi quelibet pars ad quālibet partē conuerteret: ⁊ quelibet pars sit eadē cum quaslibet parte: q2 si quelibet pars non ꝯuerteretur ad quālibet partem: ⁊ nō esset eadem cuilibet parti cum totū dicat omnes partes talis conuersio non cōpeteret toti. primo quicqd ergo ad se cōuertitur uel est simplex ⁊ nō habet partes: uel si habet partes erit idē cuilibet parti. Cū ergo esse in seipso dicat plus q̄ ꝯuerti ad seipsum: q2 ꝯuersio ad seipm pōt esse nō soluz per existentiā in seipso: sed per cōparationē. intelligētia enim dicit ꝯuerti ad seipsaz q2 intelligit seipsam ⁊ redit ad seipsam per operationē. q2 ergo esse est in terminis rei q̄ agere uehemētior esset ista ꝯuersio. si ꝯuerteret aliquid ad seipsum ſm existentiam ⁊ ſm esse ut ꝙ per se ⁊ ꝑmo in seipso esset tale: ergo multo magis non haberet ꝑtes: sed eēt simplex. uel si poneret habere partes esset idem cuilibet parti, ꝓpter qd̄ h̄ totum vinum ⁊ amphora qd̄ est habens partes si ponat esse in seipso per se ⁊ primo erit ad se ꝯuersiuum: ⁊ quelibet pars erit eadē toti: erit ergo vinū vinum ⁊ amphora ⁊ amphora amphora ⁊ vinuz qd̄ declarare uolebamus. ¶ Notādum aūt ꝙ lz si aliquid poneret in seipsa esset ad seipsum ꝯuersiuū: plus tamen dicit esse in seipso q̄ esse ad seipsuz ꝯuersiuuz. propter qd̄ lz ꝯcedamus aliquod esse ad seipsum ꝯuersiuum: tamē ut coīter ponitur nihil est in seipso ſm intellectum affirmatiuū. Si aūt aliquid ponit esse in seipso h̄ est ſm intellectum negatiuū: ut dicatur in seipso esse: q2 non est in alio: esse autez aliquid in seipso affirmatiue ut hic loqmur de esse in esse non potest cum semper recipiens intelligatur esse alterum a recipiente. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare siquidem maxime in alterutris essent: amphora qdem acciperet vinum non ſm ꝙ vinū: sed inquantuz illa. Et vinū inerit in amphora: non inquantū amphora ip̄a: sed ſm ꝙ illud amphora. Secūdum esse quidem igitur ꝙ alterum sit manifestum est. Alia nanqz est ratio eius quod in quo: ⁊ alia illius quod in hoc.

¶ Ostendit ꝙ pars nō potest esse in seipsa primo. nō solū enim h̄ totum. s. vinū ⁊ amphora nō potest eē in seipso primo: sed etiam partes eius non possunt esse in seipsis primo. Si enim amphora esset in seip̄a primo quicqd reciperet amphora esset amphora: ⁊ si vinū esset in seipso primo in quocūqz reciperetur vinuz esset vinum: ideo ait ꝙ maxime supple apparēt ꝑtes non esse in seipsis: q2 siqdē huiusmodi ꝑtes essent in alterutris. i. si vna esset in alia hac s. positione stante vna pars supple fieret alia: ideo subdit ꝙ amphora qdez acciperet vinū non ſm ꝙ vinum est alterū ab amphora: sed inquātum vinū est illa. i. est amphora ⁊ vinum inerit. i. recipiet in amphora nō inquātum amphora ipsa est differēs a vino: sed ſm ꝙ illud vinum est illa amphora uel est ipsa amphora. si ergo īpossibile est ꝙ vna pars totius fiat altera impossibile est ꝙ aliqd sit in seipso: ⁊ ꝙ aliqd recipiat in alio ratione idētitatis. manifestū est igitur ꝙ aliquid recipit in alio ſm ꝙ alterum sit. i. ſm ꝙ est diuersum ab eo non ſm ꝙ est idē illi. alia nāqz est ratio eius qd̄ est in quo est aliquid. i. recipientis. ⁊ alia est ratio illius rei que est in hoc. i. recepti. ¶ Dubitaret forte aliqs utrum sequit h̄ ꝯn̄tia ꝙ si amphora esset in seipsa primo ꝙ qcqd recipet amphora esset amphora. Dicēdū ꝙ sicut arguebamus de toto ꝙ si totuz esset in seipso cum totū sit idē sibi fieret receptio in toto rōne idētitatis: quicqd ergo esset in toto esset ipsuz totū: sic si pars esset in seipsa primo cum sit pars eadez sibi fieret receptio in eadem rōne idētitatis: nec differt ratio recipiētis a ratione recepti. hac ergo ypothesi stante qcqd reciperetur in ꝑte eēt ip̄a pars. ꝓpter qd̄ si amphora esset in seipsa primo cum ipsa sit eadez sibi nō fieret receptio in ea ratione alteritatis: sed rōne idētitatis. quicqd ergo recipet in amphora recipet in ipsa ut non est alteruz ab ea: sed ut est idem sibi. vinū ergo si reciperetur in amphora fieret amphora qd̄ declarare uolebamus. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliquis: q2 videt ratio assignata esse sophistica. Nō eniz vz sor. currit ergo oīs homo currit. ergo nō ualet a simili amphora recipit in seip̄a rōne idētitatis: ergo quicqd in ea recipit erit idem amphore ⁊ recipiet in ip̄a ratiōe idētitatis: q2 igit ratio assignata videt esse illud sup qd̄ ph̄s se fundare videtur ꝯn̄tia eius videt esse sophistica. Dicēdum ꝙ modus recipiēdi nō sumit originē ex natura recepti: sed ex natura recipientis. omne eniz qd̄ recipitur in aliquo recipitur per modū recipiētis ⁊ nō per moduz rei recepte. Si igit amphora est in seipsa ⁊ vinum recipiat in ea: duo erūt in amphora vinum ⁊ amphora. erit ergo vinuz recipiēs ⁊ duo recepta. cum igit modus recipiēdi non sumatur ex receptis sed ex recipiēte lz duo sint recepta: tñ q2 vnum est recipiens erunt duo illa in ipso recipiēte. vno modo propter qd̄ cū amphora sit in seipsa per modū idētitatis erit vinum in amphora per moduz idētitatis. recipiet ergo vinum in amphora inquantū est idē qd̄ amphora ut ratio superior ostēdebat. posset aūt hec eadez ꝯsequētia alia via declarari sic: quia quādo aliqua passio cōpetit alicui primo. si aūt illa passio repiatur in aliquo h̄ non erit nisi sit idē illi: uel nisi sit illud ut si habere tres cōpetit triangulo primo si competit ysocheli oportet ꝙ ysocheles sit triāgulus. ⁊ si cōpetit figure non cōpetet nisi figure triangulari: sic ⁊ si risibile cōpetit homini primo oportet ꝙ quicqd est risibile ꝙ sit homo. si ergo amphora est in seipsa primo q2 hec passio. s. eē in amphora cōpetit amphore primo. sequitur ꝙ quicqd est in amphora ꝙ sit amphora: quare si vinū ponat esse in amphora recipiet in ea ut est amphora: ⁊ ut est idez qd̄ ip̄a. arguit aūt h̄ via uliter tā de toto q̄ de ꝑte ꝙ nō pnt eē in seipsis ꝑ. si enim totū eēt in seipso ꝑmo qcqd eēt in toto esset totū: ⁊ q2 quelibet pars eēt in toto q̄libet ꝑs eēt idē toti sine eēt ip̄m totū qd̄ est incōueniēs. sic etiā si pars esset in seipsa primo quicqd eēt in ꝑte esset ipsa pars qd̄ etiā est incōueniēs: ut est per habita manifestum. ¶ Ulterius aūt ꝓpter hāc viam ꝓxime assignataz forte dubitaret aliqs: q2 nō videt ueruz ꝙ si aliqd cōpetit alicui primo ꝙ cuicūqz cōpetit illud sit idē qd̄ ipsum. videmus eni ꝙ esse calidū cōpetit igni primo: nō tñ quicqd est calidū est ignis: sed uel est ignis uel participat nām eius. non ergo ualet si amphora est in seipsa primo ꝙ qcqd est in amphora ꝙ sit amphora: sed uel erit amphora uel participat nām eius. Dicendū ꝙ ſm ph̄m primo posterioꝝ sic diffinit primo

q: primo cui alteri per seipsum non ipsi ꝓpter alterũ: ut q: oia sunt calida ꝓpter ignem ignis est calidus p̄mo: et q: oia habent tres per triangulũ triãgulus habet tres primo. sicut ergo loqmur de passione: si loqui debemus de eo cui cõpetit illa passio primo modo illa eadẽ passio et illud et idem habere tres qd cõpetit triãgulo cõpetit ysocheli et figure que seruat in triangulo. sicut ergo cõicatur istis eadem passio: ita predicabit de istis idem subiectũ erit ergo triãgulus tam ysocheles q̃ figura cui cõpetit habere tres. uerũ q: nõ ille idem calor sũmus qui cõpetit igni p̄mo cõpetit ignitis nõ oportet qꝫ qcqd est calidũ qꝫ sit ignis nec qꝫ ignita sint ignis q: sicut talibus non cõicat eadem passio: ita de eis nõ predicat subiectuz illius passionis. Sed si amphora est in seipsa primo. si postea vinuz reciperet in amphora: q: hec eadẽ passio. vz esse in amphora que cõpetit per se et p̄mo ipsi amphore cõicaretur vino oporteret qꝫ de ipso vino p̄dicaret amphora: et qꝫ vinuz esset amphora. et q: sicut vino cõicaret passio primo cõpetẽs amphore: sic ei cõicaretur in natura amphore et de eo predicaret amphora qd est primũ sbm illius passionis. et qd dictum est de amphora intelligẽdũ est etiã de ipso toto. Nam sicut si amphora esset in seipsa primo quicqd esset in amphora esset amphora. sic et si totũ aliqd esset in seipso primo quicqd esset in illo toto esset ipsum totũ. ¶ Qd v̾o obijciebatur de igne patet qꝫ non est simile. q: calor qui cõpetit igni primo non sic cõpetit ignitis sicut esse in amphora que ponitur passio primo competẽs amphore competeret vino: si vinum poneretur in amphora. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At v̾o neqꝫ ꝑm accidens contigit: simul enim duo corpora in eodẽ erunt. Ipsaqꝫ amphora in seipsa erit: si eius natura receptiua est: hoc ꝯtingit in seipso esse. Et adhuc illud cuius receptiuũ est: ut si vini vinum. Quod qdem igit impossibile sit aliquid in seipso esse primo manifestuz est.

¶ Ostẽdit nõ posse esse aliqd in seipo primo per accidẽs. d. at v̾o neqꝫ ꝑm accidẽs competit supple aliquid esse in seipso primo. simul enim duo corpora erũt in eodem si h̾ ponat ipsa: q: enim amphora in seipsa erit si h̾. i. si ꝯtinens cuius natura est receptiua ꝯtingit esse in seipso: q: ergo ꝯtinens ut amphora ponit esse in seipsa et adhuc illud cuius est receptio ponit etiã esse in amphora ut si sit receptio vini vinũ. duo ergo corpa erũt in eodẽ: q: vinũ et amphora erũt in amphora qd est incõueniens: iõ subdit. q. epilogãdo qꝫ manifestũ est qꝫ impossibile sit aliqd eẽ in seipso p̄mo siue supple accipiat p̄mo et per se siue p̄mo et per accidens. ¶ Dubitaret forte aliqs: q: videt hic iplicari oppositũ in adiecto. vz qꝫ dicat aliqd esse primo. et tñ dicat eẽ per accñs. Dicẽdũ qꝫ p̄mo et per accñs sunt opposita. naz primo est qd nõ est per aliud: per accñs v̾o qd est per aliud: esse aũt per aliud et non esse per aliud opponunt. Nõ ergo esse põt qꝫ aliqd sit p̄mo et per accidẽs vno modo: sed qꝫ aliqs sit p̄mo vno modo ꝑ accidẽs: alio nõ est incõueniẽs. primo enim ut dictuz est excludit per aliud: qꝫ ergo cõpetit toti non per ptes est p̄mo ꝓpter exclusionem ptium. põt tñ esse per accidẽs respectu alterius. possumus ergo dicere aquã eẽ in igne p̄mo et non p̄mo. Nam per cõparationez ad ptes aqua est in igne p̄mo nõ. dicit enim aqua eẽ in igne uel in celo: q: aliqua pars aque sit in igne uel in celo. tota eni aqua est in igne et tota aqua est in celo. ergo respectu ptiũ aqua est in igne p̄mo. tñ respectu aeris nõ est in igne primo sed est in igne mediante aere: q: eni aer est in igne: ideo aqua ꝯtenta sub aere est in igne. possemus ergo dicere aquã eẽ in igne p̄mo per accidens. aliter tñ p̄mo aliter per accidẽs ut ostẽsum est. ex hoc ergo patere põt quomodo intelligendũ sit aliqd esse in seipso p̄mo per accidens: põt eniz aliquid esse in seipso per ptes ut dicatur totũ ratione vnius ptis esse in seipso ratione alterius partis. Sed si totuz eẽt in seipso nõ ratione partium: et tamẽ esset in se per aliud esset in seipso p̄mo et per accidẽs. Nam sicut dicebatur tota aqua esse in igne primo. quia non ratione partiuz et etiam per accidẽs quia per aerem: sic si diceret tota amphora esse in seipsa: nõ propter partes: sed q: vinum uel aliquid aliud est in ea: sic amphora esset in seipsa primo per accidẽs hoc ergo modo amphoraz esse in seipsa ratione vini uel ratione alterius existẽtis in ea est impossibile: q: tũc duo corpora essent in eodem. ¶ Ulterius autez habito quomodo intelligendũ sit aliqd esse in seipso primo per accidẽs. ¶ Dubitaret forte aliquis de cõsequentia philosophi: quomodo uerus sit qꝫ si aliquid esset in seipso p̄mo per accidẽs modo quo dictũ est qꝫ duo corpora essent in eodez loco. Dicendũ qꝫ hanc ꝯsequentiã determinare possumus triplici via. p̄ma talis est cum aliquid est in alio per aliud qꝫ oportet qꝫ modus essendi in hic et ibi vniformiter accipiat. Dicimus enim aquaz esse in igne: q: est in aere. q: sicut aqua est in aere localiter sic et aer in igne est localiter ꝓpter qd taz aqua q̃ aer in igne localiter existũt. aliter tamẽ et aliter q: aer immediate: aqua aũt mediãte aere. qꝫ si uariaret modus essendi in nõ ualeret ꝯsequẽtia. Nõ enim ualeret totum regnum est in rege. sed rex est in camera. ergo totum regnũ est in vna camera. cõmittit enim ibi fallatia accidẽtis. q: uariat mediũ. aliter enim est regnuz in rege et aliter rex in camera. Si ergo amphora est in seipsa per accidens: ut rõne vini existentis in et ea oportet qꝫ amphora et vinũ eodẽ modo essendi insint in ipsa amphora sicut aer et aqua eodem modo eẽndi inerãt in igne. opz enim in oĩbus talibus ꝯñtijs non uariare mediũ: sed eodẽ modo accipeioduz eẽndi in. Cuz g̾ amphora sit simul cũ seipa et sit eẽntialiter in seipa oportebit qꝫ et vinũ sit simul cũ ipa amphora et sit eẽntialiter cũ ea qd nõ eẽt nisi vinũ sbintraret amphorã et essent simul duo corpa in eodẽ. ¶ Scda via sic pz. Nam qñ aliqd est in alio per aliud illud aliud est ꝓpinquius uel ꝓximius illi q̃ ipsuz: ut si aqua est in igne p aerez aer est ꝓximior igni q̃ aq̃. Si igit amphora est in seipa per aliud ut per vinũ uel per aliud corpꝰ existẽs in ea oportebit qꝫ vinuz sit ꝓximiꝰ amphore q̃ amphora sibi qd eẽ nõ posset nisi vinũ subitraret amphorã et eẽt simul in eodẽ loco cum ea. h̾ aũt scda via roborat p̄mã. naz si amphora est in seipa ꝓpter vinũ cum amphora sit in seipa eẽntialiter q: ex hac hipothesi sequit vinũ eẽ ꝓximiꝰ amphore q̃ amphora: sibi eẽntialiꝰ erit vinũ in amphora q̃ amphora in seipa qd esse non posset nisi vinũ sbintraret amphorã et duo corpo-

ra essent in eodem. ¶ Tertia autem via est diligēter notanda quia multum facit ad intellectum litterę. Nā ut supra dicebatur modus recipiendi sumitur ex recipiēte non ex rebus receptis. Si ergo vinuz ꝛ amphora dicant esse in amphora: lz duo sūt ibi contenta ꝛ recepta: tamen q2 vnum recipiens ꝛ continens oportet illa duo .s. vinum ꝛ amphoram esse in amphora vno modo uel vinuz. erit ergo in amphora mediante amphora: ꝛ cū tunc amphora sit eadem sibi erūt ibi modo idētitatis. uel amphora erit in seipsa mediante vino. ꝛ tūc fiet huiusmodi receptio per modū alietatis. phs ergo fundatꝰ est in duobꝰ impossibilibꝰ q̄ aliquid non possit esse in seipso. q2 uel hoc erit primo ꝛ per se: uel hoc erit per aliud. si ponat amphora esse in seipsa primo ꝛ per se quicqd recipietur in amphora recipietur in ea per modūz idētitatis ꝛ ut est idem amphore. hoc ergo fuit impossibile prius adductum. videlicet q̄ vinum recipitur in amphora ut est amphora ꝛ ut est idem ei. Si ergo ponatur amphora esse in seipsa per se ꝛ primo ꝛ vinum recipi in amphora mediante amphora bene sequet vinum ꝛ amphorā esse simul: sed nō ꝓpter h habebūt duo corpora esse in eodē loco: quia aliqua positione stante vinū ꝛ amphora nō erunt duo corpora: sed vnum corpus. Cum dictum sit ſm hanc hipothesim vinum recipi in amphora modo identitatis ꝛ ut est idem amphore. sed si ponat amphora eē in seipsa per aliud ut ratione vini existētis in ipsa non sequetur q̄ vinum sit idem amphore sed magis sequet q̄ amphora sit alia a se. Nā cum amphora recipiet in seipsa mediante vino cū vinum sit aliō ab amphora fiet ista receptio modo alietatis ꝛ sequet q̄ amphora sit aliud a seipsa. vinū ergo existēs aliud ab amphora erit simul cuz amphora. Cū ostēsum sit hac positione stāte vinum esse ꝓximiꝰ amphore q̄̄ amphora sibi. duo ergo corpora ut vinuz ꝛ amphora manentia duo ꝛ diuersa erūt sil' in eodē. Si ergo ponat aliqd esse in seipso uel quicqd recipiet in ipso erit idez sibi si fiat ista receptio modo idētitatis ut si ponatur illud esse in seipso per se ꝛ primo uel duo corpa erūt in eodē si ponat q̄ ista receptio fiat per modū alietatis: ꝛ si dicat aliqd esse in seipso per aliud. Cū ergo nec receptū sit idē cū recipiēte nec duo corpora possunt eē in eodē loco nō pōt eē q̄ aliquid sit in seipso p̄mo ꝛ per se nec q̄ sit in seipso primo per accidens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod autem zeno opposuit: quia si locus est aliquid: in aliquo erit: soluere non est difficile. Nihil enim ꝓhibet in alio esse primo locū: non tamē in illo sicut in loco sed sicut sanitas quidē in calidis ut habitus. calor autez in corpore sicut passio est Quare non necesse est in infinitū abire.

¶ Ex premissis declarationibus manifestat quasdā sophisticationes superiꝰ habitas circa quod duo facit ſz q̄ duas tales sophisticationes manifestat. 2ª ibi [illud aūt manifestuz.] Dicit ergo q̄ illō qō Zeno opposuit quia si locꝰ est aliquid in aliquo est soluere non est difficile. nihil enim prohibet locum esse in alio principaliter ꝛ primo. non tamen esse in illo sicut in loco sed sicut in subiecto: quia sicut sanitas est in calidis ꝛ humidis tanq̄ in propria materia aut sicut passio est in ꝓprio subiecto sic locus est in aliquo sicut in proprio subiecto: q2 est in corpore locante: quare nō necesse est abire in infinitū: quia locus nō est in aliquo tanq̄ in loco sed tanq̄ in subiecto. ¶ Notandum autem hanc sophisticationem Zenonis solui per declarationem illaz ubi distinguebant modi essendi in. Non enim valet obiectio Zenonis q̄ si locus est in aliquo q̄ locus sit in loco: ꝛ si locus est in loco itur in infinitum: q2 pari ratione alius locus erit in loco ꝛ sic in infinitum. Nam cū esse in multis modis dicat nō oportet q̄ si locꝰ sit in aliq̄ q̄ sit in loco. est eni locꝰ in aliq̄ non sicut in loco sed sicut in subiecto. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Illud autē manifestum: quoniam nihil est vas eius quod est in ipso. Alterū enim primo: ꝛ quod est: ꝛ in quo est: ꝓpter qō non erit utiq̄ neq̄ materia neq̄ spēs locus: sed alterū. illiꝰ ꝯo aliquid hec ꝛ materia ꝛ forma. Hec qdē igit sūt opposita.

¶ Declarat aliam sophisticationem dicens illud manifestuz esse q̄ vas nihil est eius qō est in ipso ꝛ locus nihil est locati. primo enim ꝛ principaliter loquendo alterum est qō est contentum ꝛ locatuz ꝛ illud in quo est scilicet locus ꝛ continens propter qō locus non erit utiq̄ neq̄ materia neq̄ species idest forma sed erit alterū a materia ꝛ forma. Nā hec scilicet materia ꝛ forma sunt aliquid illius in entis idest illius existētis sive illius in quo sunt. locus aūt nihil est locati. ¶ Addit aūt quasi per modum epilogi q̄ h quidē igitur sunt opposita .i. sūt dicta de loco modo oppositionis ꝛ modo disputatiuo. alia ꝯo que sequuntur dicuntur magis de ipso ſm ueritatem. ¶ Notandum autem q̄ sicut ex declaratione in qua distinguebātur modi essendi insoluta fuit obiectio Zenonis: sic ex declaratiōe alia in qua ostendebatur nihil eē in seipso sed semper recipiens esse alterū a recepto manifestari habet error dicentium locum esse mām uel formam. Nam cum locus sit recipiens locatum ꝛ sit alterū ab ipso ꝛ nihil sit eius neq̄ erit mā neq̄ forma quia materia ꝛ forma sunt aliquid eius cuius sūt locus aūt nihil est eius cuius est locus. patet ergo ad qd deseruiūt declaratiōes premisse. Lectio. v.

Quid autē forte sit locus: sic fiet utiq̄ manifestum.

¶ Postq̄ phs determinauit de loco mō disputatiuo hic determiat de eo ſz vitatē circa qō duo facit. quia primo continuat se ad dicenda. secundo exequitur de intento ibi [significamus igitur.] Dicit ergo quid aūt forte sit locus fiet sic utiq̄ manifestum. accipiamus autē de ipso loco quecūq̄ uere ꝛ ſm ipsum vident inesse ipsi. hoc ergo accipiendo habemus viam ad manifestanduz qd sit locus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Accipiamus autem de ipso quecūq̄ vident uere ſz ipz inesse ipsi. Dignū est igit locū eē p̄mū qō cōtinet illō cuiꝰ locꝰ est: ꝛ nihil esse rei. Ampliꝰ p̄mū neq̄ maiorem neq̄ minorē esse. Adhuc aūt neq̄ deficē vnicuiq̄: ꝛ sepabilez esse. Adhuc autem omnem locum habere sursum ꝛ deorsū.

Et ferri natura: ⁊ manere vnumquodq̄ꝫ corporum in proprijs locis. Hec aūt facere aut sursum aut deorsum. Suppositis autem his reliqua consideranda.

¶ Exequitur de intento circa qḋ duo facit: q̄ꝛ primo premittit quasdam suppositiones. secundo ex suppositionibus premissis ostēdit quomodo inuestigāda est diffinitio loci ⁊ quomodo determinādū est de ipso ibi. oportet aūt tēptare. premittit aūt quinq̄ꝫ suppositiones: quarū prima est ꝙ nos significamꝰ .i. dicimus esse locū primum .i. proprium ⁊ principalē qḋ cōtinet illud cuiꝰ est locꝰ ⁊ huiusmodi locū dicimus esse nihil rei. est ergo pᵃma suppositio ꝙ locus cōtinet locatum ⁊ nihil est eius amplius. secunda suppositio est locum primum .i. proprium esse equale locato neq̄ꝫ esse maiorē neq̄ꝫ minorē eo. Adhuc autem tertia suppositio est locuꝫ nō deficere vnicuiq̄ꝫ locato ⁊ esse separabilem ab eo. Adhuc aūt quarta supositio est locum habere differentie locales ut habere sursū aut deorsū aut alias locales differentias. Et quinta ⁊ ultima suppositio est vnūq̄dq̄ꝫ corporū ferri natura in suū locū ⁊ manere .i. quiescere in proprijs locis. hec autē facere aut sursum aut deorsuꝫ. Corpora enī aut mouentur naturaliter sursum ⁊ quiescunt ibi sicut leuia: aut deorsuꝫ sicut grauia. his aūt quinq̄ꝫ suppositis suppositionibus tanq̄ꝫ per se manifestis reliqua consideranda sunt de loco. ¶ Notādū autēꝫ ꝙ de loco apud antiquos triplex fuit mala opinio quidā enī dixerūt locū esse mām. quidam formam quidā uacuū. ponētes enī dimēsiones illas imaginatas siue spatium illḋ inter latera cōtinētis eē locū dicebāt locū eē q̄ddam uacuū receptiuū corporis. per has aūt quinq̄ꝫ suppositiones remouētur he tres opiones erronee de loco. Nā per h̄ ꝙ locꝰ ꝯtinet ⁊ nihil est rei habet ꝙ nō sit forā. per h̄ aūt qḋ est sepabilis a re habet ꝙ non sit mā: q̄ꝛ vō est eq̄lis rei ⁊ habet sursuꝫ ⁊ deorsuꝫ ⁊ corpa mouent nāliter ad locū suuꝫ ⁊ q̄escunt ibi habet ꝙ non sit uacuū. oēs eniꝫ tres suppositiones ꝓbāt locū non esse uacuū. ¶ Dubitaret forte aliq̄s de his suppositionibꝰ ⁊ p̄ de pᵃma. patet eniꝫ uerū esse locū non esse formā per h̄ qḋ ꝯtinet id cuiꝰ est ⁊ nihil est eiꝰ. forma cui aliqd est eiꝰ cuius est forma. Sed dubitari pōt de hac suppositione in se utrū locꝰ ꝯtineat locatū. videt aūt ꝙ nō: q̄ꝛ ꝯtinens videt esse maiꝰ cōtento. locus aūt est equalis locato. nō ergo cōtinet ipsuꝫ. Dicendū locū esse eq̄lem ⁊ tn̄ ꝯtinere ipsum. ꝙ aūt locus sit eq̄lis locato dupliciter declarari pōt. primo sic. corpꝰ locatuꝫ est ꝯtiguū corpori locanti sed contigua sūt quoꝝ ultima sunt sil' supficies ḡ corpis locātis ꝯm quā ꝯtiguat locato est sil' cū supficie corpis locati ⁊ equat ei: q̄ꝛ dimēsiones sil' existes vna nō excedēte alia nec ecōuerso eq̄les sunt. cū ergo illa supficies corpis locātis sit attingēs corpꝰ locatū sit locꝰ eiꝰ oportet ꝙ locꝰ sit eq̄lis locato: q̄ꝛ est eq̄lis supficiei eiꝰ. scḋo h̄ declarat sic ex nō magnitudine nō fit magnitudo ⁊ ex indiuisibilibꝰ nō fit magnitudo diuisibilis. supficies ergo ex ea pte ex qua nō habet magnitudinē nō pōt magnitudinē efficere. Cū ergo locatuꝫ totalr̄ attingit locum suum: ⁊ q̄ꝛ si recederet simul cū suo loco nō susciperet augmētū nec esset maioris q̄ꝫtitatis: q̄ꝛ cū locus sit supficies ⁊ vna supficies posita super aliā nihil augeat locꝰ ⁊ locatū sil' sumpta non sunt plus q̄ꝫ locatū solū. nō ḡ est locꝰ maior locato cum nullā q̄ꝫtitatē addat supra ipsam. est ergo eq̄lis ei. dicit tn̄ ꝯtinere ipm inq̄ꝫtum locatū nō extēdit se extra locū suū sed h̄ nō arguit locum maiorē eē locato. Nā ⁊ ꝓpria supficies est ꝯtētiua ꝓprij corporis: q̄ꝛ nullū corpꝰ se extendit ultra ꝓpriā supficieꝫ. cū ḡ dr̄ ꝙ cōtinēs est maiꝰ ꝯtēto intelligēdū est de ꝯtinēte ut corpꝰ nō de ꝯtinente ut supficies. qḋ enī cōtinet ut corpꝰ addit aliquā q̄ꝫtitatem supple ꝯtētū. nā si ꝯtētū recederet cū corpe continente maioris q̄ꝫtitatis existeret. sed si recederet cū loco: ul' cū supficie ꝯtinēte nō esset maius q̄ꝫ prꝰ. ¶ Ulterius forte dubitaret aliq̄s de alia suppositiōe utrū s. uerū sit qḋ ꝯᵉᵒ ait locū differre a mā. q̄ꝛ locꝰ est separabilis ab eo cuius est nō aūt mā. videt aūt ꝙ nō: q̄ꝛ cū mā sit ingenita ⁊ incorruptibilis ut dicebat in pᵃmo. separabit aūt ab eo cuiꝰ est: q̄ꝛ remanebit eo corrupto. Dicēdū ꝙ mā dupliciter cōsiderari pōt ꝯm essentiaꝫ ⁊ ꝯm esse. ꝯm essentiam est ingenerata ⁊ incorruptibilis: sed ꝯm esse generat ⁊ corrumpit. Cum ergo dicit ꝙ remanet mā corrupto composito uel corrupto eo cuiꝰ est. intelligēdū est ꝙ remanet q̄ꝫtū ad essentiā. non tn̄ remanet q̄ꝫtū ad eē. ꝯm ergo esse qḋ habet in aliquo nō sepat ab eo cuius est. locꝰ aūt sepat a locato absq̄ꝫ eo ꝙ corrūpat ꝯm esse. locꝰ enim nō habet esse in locato: sed in locāte. ergo ꝓpter sepationē locati nō amittit suū eē sed manēs idem ꝯm eē separi pōt ab ipso. ¶ Ulterius aūt dubitari pōt de tribꝰ alijs suppositionibꝰ per q̄s videt locꝰ differre a uacuo: ⁊ dubitat pᵃmo utrū locꝰ differat a uacuo per h̄ ꝙ est eq̄lis locato. videt aūt ꝙ nō. Nā ponētes locū esse uacuū dixerūt ipm esse dimensiones illas uel spatiū illud qḋ est extra latera cōtinētis. cū ergo illḋ spatiū sit eq̄le locato nō vr̄ locꝰ differre a uacuo per huiusmodi eq̄litateꝫ. Dicendū ꝙ lꝫ equale dicat ꝓuationeꝫ q̄ꝛ opponit ꝓuatiue magno ⁊ paruo ut declarari habet xᵒ methaᶜᵉ. huiusmodi tn̄ ꝓuatio fundat in aliquo positiuo: q̄ꝛ fundat in aliq̄ quātitate reali. naꝫ sicut in vnū in substātia facit idē ⁊ vnum in q̄litate simile fit vnū in quātitate facit eq̄le. cū ergo uacuū nō dicat aliquā nām positiuam sed locꝰ dicat positiue nām aliquā lꝫ sit eq̄litas loci ad locatū. uacui tamē ad locatū uel ad aliqḋ corpꝰ nulla ꝓprie eq̄litas esse pōt. ¶ Ulterius forte dubitaret aliq̄s quō locus differt a uacuo per quartaꝫ suppositionē ut q̄ꝛ est signare in eo differētias locales sursum. s. ⁊ deorsum. Dicendū ꝙ ut supra patuit sursum deorsum dextrū sinistrū ⁊ huiusmodi differētias locales nō est sumere ꝯm quātitatē solum. si enim respiciat sola quātitas in animali non est vna pars magis dextera q̄ꝫ alia: sed si cōsideretur impulsus ⁊ inceptio motꝰ est signare in ipso aīali determinate partem dexteram differētem a sinistra: q̄ꝛ illa erit pars dextera a que incipit motꝰ. sic etiā sursum ⁊ deorsum nō accipiunt in vniuerso per solā diam quātitatis sed ꝯm differētiā motuū. est enī sursum ubi ferunt leuia ⁊ deorsū ubi ferunt grauia. uacuum ergo qḋ de se dicit solā nām priuatiuā has differētias habere nō pōt. imo si poneremꝰ uacuū dicere aliquo modo nām positiuam ut dixerunt antiqui ꝓbi ponētes ipsum esse quasdaꝫ dimēsiones sepatas adhuc in eo tales differentias saluare nō possemus: quia ut ostensum est in sola quantitate

uel in solis dimensionibus h^{9} locales diie determinate ꝛ simpliciter signari nō possunt. ex hoc aūt apparere pōt quō per quintam suppositionē differat loc^{9} a uacuo. nā in locū suū ꝓprium ferunt' nālia ꝛ quiescunt ibidē tanq̄ȝ in eo ubi magis saluari habet eorum natura. uacuū aūt talē virtutē saluatiuā importare nō potest. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Oportet aūt tētare intentionem sic fieri ut quid sit reddantur: queque opposita saluantur: ꝛ que vident' loco inesse insint ꝛ amplius discolie cā ꝛ oppositorum circa locū manifesta erit. Sic eni utiq̄ȝ pulcherrime demonstratur vnūquodq̄ȝ.

ℂ Ex suppositionib^{9} premissis ostendit quō determinādū sit de loco ꝛ quō inuestigāda sit diffinitio ei^{9} circa qd̄ duo facit: qꝛ pͣmo assignat modū quō determinādū sit de loco. 2^{o} determinat de illo ꝯm modū illum ibi⌊ pͣmuȝ gdeȝ igit'. ⌋Dicit ergo ꝙ oportet tentare sic fieri intētione. i. sic itēdere de loco ꝛ sic uenari diffōneȝ eius ut pͣmo reddat' qd sit loc^{9}. 2^{o} ut soluant' quecūq̄ȝ opposita. i. quecūq̄ȝ sunt dubitata ꝯm locū. 3^{o} ut quecūq̄ȝ ꝓprietates vident' inesse ipsi loco isint. i. appareāt ipsi inesse. Amplꝰ 4^{o} talis dȝ eē diffinitio loci ꝙ māifesta erit cā discolie ꝛ oppositoꝝ circa locum: qꝛ ex diffōne loci scire poterim^{9} q̄re antiq̄ discordauerūt circa ipm̄ ꝛ habuerunt diuersas ꝛ oppositas opiones de eo. addidit aūt ꝙ sic gdem igit' vnūqdq̄ȝ pulcherrime demōstrat' ꝛ māifestat' qn̄ talia circa ipsū declarant'. ℂ Dubitaret forte aliqs qꝛ videt' hic pħo uelle ꝙ diffinitio subi sit mediū in demōstratione cū dicat ꝙ ex ea notificari habent ꝓprietates ꝛ passiones ei^{9}. vñ ꝯ^{or} sup hūc locuȝ ait ꝙ diffōnes complete innate sunt reddere cāȝ oiuȝ accidētiū existiuȝ in re. oppositum aūt huius videt' uelle pħs circa finē scdi posterioꝝ. ubi ait ꝙ ratio pͣmi termini est medium in demōstratione. pͣmus aūt termin^{9} in quolibet sill'o est maior extremitas. maior aūt extremitas in demōstratione est passio ꝓbanda de subiecto. vī ergo plane uelle ibidē ꝙ diffinitio passionis sit medium in demōstratione. Dicendum ꝙ de mā hac in quodā tractatu nr̄o diffusius diximus ꝛ si cōtingeret nos scribere sup posteriorib^{9} hāc mām clarius tractarem^{9}. Sed ut ad pn̄s spectat dicere possumus ꝙ diffinitio subiecti nō est ꝓprie medium in demōstratione potissima: ꝛ per diffinitioneȝ subiecti demōstratiue ꝓbari nō habent oēs proprietates existētes in subiecto. Nā ꝯm pħm p̄ posterioꝝ augentur demōstrationes nō per media sed in post assumēdo. in demōstratione eniȝ potissima nec sūt proprie plura media ad vnā ꝯnem nec vnū mediū ad plures ꝯnes sed semp ad vnaȝ ꝯnem est vnū medium. si ergo ꝯ^{or} exponit hūc textū ꝙ si per diffōnes declarant' ꝓprietates: qꝛ per eas si sunt cōplete assignant' cause oium accītiuȝ que sunt in re: patet ꝙ nō loquit' de causa demonstratiua nec de declaratione ꝯm demōstrationē: qꝛ cū vni^{9} rei sit vnica diffinitio cōpleta. sint aūt ꝓprietates plures eēt vnū mediū ad plures ꝯnes demōstratiuas si per h^{9} diffinitionē demōstratiue ꝓbari possent tales ꝓprietates. possum^{9} ergo dicē ꝙ diffinitio subiecti cū claudat in se pͥcipiū subiecti est causa ꝛ ratio oium accidentiū que sunt in subiecto. nam ex pͥn^{9} subiecti oīa talia accītia causant'. ergo pp huiusmodi causalitatē diffinitio subiecti pōt dici pͥcipiū demonstrationis. nō tn̄ est ꝓprie medium in demōstratione. Sed sicut ab eodē subiecto vna passio fluit mediante alia. sic qꝛ modus cognoscendi ꝛ demōstrādi sumit originē ex modis essendi vna passio demōstrat' per aliā ꝛ alia per aliā donec deueniat' ad passionē simpl'r pͣmam ꝛ imediatā que si demōstrari deberet demōstraret' per diffōnē subiecti: qꝛ nō habet aliqd aliud. pͥus tn̄ h^{9} passiones que sūt prime ꝛ imediate simpl'r demōstrari nō possunt: qꝛ imediatoꝝ nō est simpl'r demōstratio ita ꝙ diffinitio subiecti nunq̄ȝ est mediuȝ in demonstratione potissima. utruȝ aūt possit esse mediū in demōstratione aliq̄: ꝛ utrū possit ingredi demōstrationē ꝛ ad qd deseruire si ingrederet' ꝛ quō deficeret demōstratio a demōstratione potissima si in ea accipet' diffinitio subiecti tanq̄ȝ mediū declarare nō est p̄sentis speculationis. Sufficiat aūt ad presens scire ut habeat' intentio pħi ꝙ qꝛ diffinitio subiecti aggregat in se pͥn^{a} eius ex qb^{9} causant' oīa accidētia que sunt in eo ex huiusmodi diffōne habēs viā ad reddendum cām oium accidētiū que sūt in eo. Nō tamē ois redditio cāe est ꝓbatio demōstratiuā ꝛ si mās diffōneȝ subiecti accipemus ad reddēdū cām proprietatū que sunt in subiecto h^{9} redditio cause nō esset probatio demonstratiua ut est per habita manifestum. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Primū qdē igit' oportet itelligere ꝙ nō quereret' locus nisi motus aliquis esset ꝯȝ locū: ꝓpter hoc eni ꝛ celū maxime in loco esse opinant': qd̄ semp in motu est. Huiusmodi autem aliud quidē est loci mutatio. Aliud ꝟo augmētū ꝛ decremētū. Et nāq̄ȝ in augmēto ꝛ decremento trāsmutatur: ꝛ quod prius erat hic iterum transmutatum est in maius aut minus.

ℂ Exequit' de loco ꝯm moduȝ dictū. dixit aūt q̄tuor determināda esse circa locuȝ. s. manifestatio qdditatis ei^{9}: manifestatio discolie ul' diuersitas opinionū circa locū solutio dubitatoꝝ ꝛ declaratio ꝓprietatū eius. q̄tuor ergo facit. qꝛ p̄ ostēdit qd est loc^{9}. 2^{o} manifestat discolias ꝛ diuersitates opinionū circa locū. tertio soluit dubitationes factas circa ipȝ ꝛ q̄rto declarat proprietates ei^{9}. 2^{a} ibi⌊ cui qdē igitur corpi. ⌋3^{a} ibi⌊ manifestū aūt ex his. ⌋4^{a} ibi⌊ fertur igit' sursus. ⌋Circa primum duo facit: quia pͣmo pͣmittit quedā pͣambula necessaria ad declarādū qdditatē loci. 2^{o} inuestigat de qdditate ei^{9} ibi⌊ iā igit' manifestū. ⌋Circa pͣmū facit q̄tuor: ꝯm ꝙ q̄tuor talia pͣambula pͣmittit. 2^{a} ibi⌊ est aūt qd̄ mouet'. ⌋3^{a} ibi⌊ qm̄ aūt. ⌋4^{a} ibi⌊ videt' aūt h^{9}. ⌋Dicit ergo ꝙ pͣmū qdē oportet itellige circa locū ꝙ non quereretur locus nisi esset motus aliqs ꝯm locum propter hoc eni antiq pħi maxime opinant' celū eē in loco eo ꝙ semper est in motu. ꝛ quia dixerat ꝙ propter transmutationem loci queritur locus ostēdit quot modis fit transmutatio dicēs ꝙ huiusmodi. s. transmutare locum aliud quidem est loci mutatio. aliud autem augmentum ꝛ decrementum ꝛ namq̄ȝ in augmento ꝛ decremento transmutat' locus: quia qd̄ prius erat hic. s. in tanto loco iterū

transmutat in maius cū augetur:aut in mīo'.i.in minorem locum cum minuatur:quia igitur tā per motum localem ꝙ̄ per motum augmenti ꝛ decrementi siue per augmentum ꝛ decrementum mutatur locus per oēs huiusmodi mot' habem' viā ad ingram' de qdditate loci. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Est aūt qđ mouet:aliud qdem per seipsum actu:aliud vō ꝑm accñs. Ipsius aūt qđ ꝑm accñs est: alia qdem contingētia moueri per se:ut partes corporis:ꝛ in naui clau'. Alia vō non cōtingētia sed sem per ꝑm accñs:ut albedo ꝛ scia. Hec enī sicut trāsmutant locū:quod in quo sunt transmutatur.

ℭ Ponit scđm preambulū dicens ꝙ id qđ mutatur aliud quidem est actu, existēs per seipsum. aliđ vō ꝑm accidēs. eorum autem que sunt ꝑm accidēs ꝛ quo mouent per accidens. alia quidem sunt cōtingentia moueri.i.possunt moueri per se ut ptes corporis ut clauus in naui. alia vō non sunt contingētia moueri per se sed semp mouent ꝑm accidēs ut albedo ꝛ scientia. hec enim solum sic trasmutant locum eo ꝙ id in quo sunt transmutatur ꝑm locū. ℭ Notandum autem ꝙ sicut loquimur de natura rerum ꝛ earum existentia sic possum' loqui de eorum motu. partes ergo q: per se nō existunt per se non mouent. clauus enim fixus in naui nō mouetur nisi ad motuꝫ nauis cū quia partes possunt separari a toto ꝛ clauus potest separari a naui: iđ talia lꝫ ꝙ̄diu sunt coniuncta suis totis non mouentur per se. possunt tamen moueri per se:q: possunt habere esse separatum ab eis. scietia vō ꝛ albedo ꝛ vniuersaliter accidentia:q: nec habent esse per se nec possunt naturaliter separari ꝛ existere per se nec mouent per se nec possūt moueri per se sed solū mouentur per accidens ut per motum eorum in quo sunt. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Quoniam aūt dicimus esse sicut in loco in celo:q: in aere:hic aūt in celo ꝛ in aere aūt non oī:sed ꝑpter ultimuꝫ ipsius:ꝛ cōtinēs in aere esse dicimus. Si enī oīs aer locus:non equalis erit vniuscuiusqꝫ locus ꝛ vnūquodqꝫ locatum.

ℭ Ponit tertiū preambulū dicēs ꝙ dicim' aliquid esse in celo sicut in loco quia est in aere. hic autem aer est in celo. in aere aūt nō oī.i.nō toto:sed ꝑꝑ ultimū ipsi' ꝛ ꝑꝑ illā parteꝫ aeris que est continens locatum dicimus ipsum locatū esse in aere. sic enī omnis aer.i.totus aer esset locus:loc' vniuscuiusqꝫ locati ꝛ vnūquodqꝫ locatum non erit equale. ℭ Notandū autem ꝙ proprius locus est solum illa pars aeris continens locatum uerum: quia illa pars aeris est in toto aere ꝛ totus aer est in celo. iđ aliquid est in celo quia est in aere qui est in celo: ꝛ est in aere quia est in hac parte aeris cōtinente ipsum. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Videt aūt huiusmodi ꝑmū in quo est. Cū qdem igit non diuisum sit continens sed cōtinuū: nō dicim' esse in illo sicut in loco:sed sicut pars in toto. Cū vō diuisū sit ꝛ contactū:in ꝑmo quodaꝫ est ultimo cōtinētis quod neqꝫ pars est ipsi':qđ est in ipso:neqꝫ maius distātia sed eq̄le. In eodem enim ultima contingentium.

ℭ Ponit quartum preambulum circa qđ duo facit: quia primo premittit qđ intendit. secundo probat qđ dixerat ibi[ꝛ cum continuum.] Dicit ergo ꝙ cū aliquid huiusmodi videtur esse in eo in quo est primo.i.immediate cum illud cōtinens non sit diuisum ab eo sed continuum ei non dicimus illđ eē in illo sicut in loco sed sicut pars in toto:sed cuꝫ diuisum sit ut contactum.i.per contactum sit in primo.i.immediate in quodā ultimo continentis nec est pars ipsius qđ est in ipso neqꝫ est maius distātia.i.maior magnitudo illa in qua est sed est equale ei:tunc supple est in eo tanq̄ in loco. de ratione enim loci est ꝙ non sit continuus locato ꝛ ꝙ sit equalis ei ꝛ ꝙ sit simul cum eo:quia in eodeꝫ sūt ultima contingentium. ultimum enim corporis cōtinētis qđ est loc' ꝛ ultimū corpis locati qđ continet ipsum sunt simul. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Et cū ꝯtinuuꝫ quidem sit:nō in illo mouetur:sed cū illo. Diuisum autem in illo. Et siue moueatur continens:siue non nihil minus. Amplius cum non diuisuꝫ sit; sicut pars in toto dicitur:ut sicut in oculo visus. ꝛ in corpore manus. Cum aūt diuisum est:ut in cado aqua:ꝛ in cipho vinum. Manus qdem enī cū corpore mouetur:aqua autem in cado.

ℭ Probat qđ dixerat. videlicet ꝙ locus nō est continuus ipsi locato. tangit autem tres breues rationes ad hoc ostendendum. prima est ꝙ cum continuum est aliquid alicui. tunc illud non mouet in illo sed cuꝫ illo. sed si est diuisum potest moueri in illo. cum ergo locatum possit moueri in suo loco locus non erit cōtinu' sibi sed contiguus. secunda ratio est quia siue moueatur continens.i. locus siue nō nihil minus supple potest moueri locatuꝫ. imo de ratione locati est ꝙ possit moueri loco existēte imobili qđ nō posset cotingere si esset loc' quid cōtinuum cum eo amplius. tertia ratio est q: cuꝫ nō diuisum sit contentuꝫ a continente:tunc dicit esse in eo sicut pars in toto ut sicut visus in oculo que est pars formalis ei':aut sicut man' i corpore que est pars quātitatiua ipsi':sed cum diuisum est cōtentum a continente. tunc est in eo ut aqua in toto i.in uase ut vinum in cipho. Cum ergo locatuꝫ nō sit in loco sicut manus in corpore: q: manus non mouetur in corpore sed cum corpore: sed si sit locatuꝫ in loco sicut aqua in cado que mouetur in cado:quia aqua nō est continua cado sed cōtigua: sequit ꝙ locus nō sit cōtinuus sed ꝯtiguus. ℭ Notandū aūt hec quatuor preambula deseruire ad inuestigandum quidditatem loci. Si enim uolum' scire quid est locus oportet nos scire quare queritur locus qđ fecit preambulum primum. oportet etiam scire quorum est locus per se ꝛ quorum per accidēs qđ fecit ꝑambuluꝫ scđm. ꝛ quō accipitur locus communis ꝛ quomodo proprius qđ faciebat preambulū tertiū. ꝛ q̄rto sciēdū est quō se ha-

bet loc' ad locatū utrū sit ɔtinu' uel ɔtiguus ei qd̄ declaratum fuit per preambulum quartum.

Lectio.VI.

i Am igitur manifestuz ex his quid locus. uere eniz quatuor sunt: quorum necesse est locum vnum aliquid esse. Aut eniz forma. aut materia est aut spatium aliquod in medio extremorum aut extrema: sed non est spatium ullum preter impositi corporis magnitudinem. Horum autem quod tria non contingat esse: manifestuz est.

¶ Premissis preambulis ad inuestigādū qdditatē loci. in parte ista incipit inuestigare de qdditate ei' circa qd̄ duo facit: q: p̄ inuestigat qd nō est loc'. 2° qd est loc' ibi⌊ si igit nihil hoꝝ.⌋ Circa p̄muz duo facit: q: p̄ ɔtinuat se ad dicēda. 2° exequit de intēto ibi⌊ sed pp illd̄.⌋ ¶ Ad euidētiā aūt p̄me ptis sciendū q ut supius tāgebat de loco fuerūt tres male opiones: q̄ruz vna fuit q loc' eēt mā. alia q eēt forma. tertia q eēt spatiū inter latera corpis cōtinētis. q̄rta vo opinio fuit Aristo. s. q loc' esset supficies corpis ɔtinētis. ideo phs ait q manifestum est ex his. i. ex opinionib' iam dictis qd sit loc'. he enim q̄tuor sunt quoꝝ vnū aliqd vr̄ esse. aut enim est forma aut mā aut spatiū aliqd̄ in medio extremoꝝ. i. aut est spatiū contentum in medio inter extremitates. i. inter supficiē corpis ɔtinētis. aut q̄rto loc' est extrema. i. extremitas siue supficies corporis cōtinētis. Sed nullū est spatiū p̄ter magnitudinē corpis interpositi. subdit aūt q manifestū est q tria hoꝝ nō cōtingat esse locū. neqꝫ enim est mā neqꝫ forma neqꝫ spatiū. relinquit igit q̄rtū videlicet q sit extremitas uel q sit supficies corpis ɔtinētis. ¶ Notādū aūt q dicit forte locū eē vnū ex q̄tuor: q: nōdū plene manifestū est quid illoruz sit loc'. iō sub dubitatione de eo loquimur. ¶ Notandū ēt q esse aliqd̄ spatiū uel esse aliquā magnitudinē intra latera corpis cōtinentis est uez ꝛ nō est uerū. uerū est enim itra latera h'i corpis esse dimēsiōes ꝛ magnitudies corpis locati: sꝫ q p̄ter h'i dimēsiōes ꝛ p̄ter h'i magnitudinē sit ibi magnitudo alia sepata a magnitudine locati ut ponebāt antiqui est ipossibile. iō ait nullū eē spatiū. s. sepatum uel magnitudinē sepatā p̄ter magnitudinē corpis iterpositi. Si enim uas sit plenū aqua inter latera uasis nō sūt alie dimēsiones p̄ter dimēsiones aq̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed propter id quod continet: videtur forma esse. In eodem eniz sunt extrema continentis ꝛ contenti. Sunt quidem igitur utraqꝫ termini: sed non eiusdem: sed species quidam rei. Locus autem continentis corporis.

¶ Exequitur de intēto circa qd̄ tria facit: q: p̄ ostendit q locus nō est forma. scd̄o q nō est spatiū. tertio q nō est mā. 2° ibi⌊ sed ex eo qd̄ mutat.⌋ 3° ibi⌊ ꝛ mā aūt.⌋ Dicit ergo q ꝓpter illd̄ qd̄ loc' cōtinet vr̄ esse forma cū forme sit ɔtinere. q aūt locus ɔtineat patet: q: extrema. i. ultima corpis ɔtinētis ꝛ ɔtenti sunt in eodē. i. sunt simul. locatū eni nō se extēdit extra locū suū ut supficies locati est simul cū ipso loco siue est simul cū supficie locātis quod nō eēt nisi loc' terminat locatū ꝛ ɔtineret ipm. sꝫ q̄ loc' cōtineat ꝛ sit termin' nō tñ est forma: q: nō est eodē mō termin' sicut illa. ideo ait. sūt igit termini utraqꝫ. s. loc' ꝛ forma sed nō eiusdē: sꝫ spēs. i. forma est termin' rei ɔtēte. loc' aūt est termin' corpis ɔtinētis. forma eni est in eo cui' est forma: sed locus nō est in eo cuius est loc': q: nō est ut in subiecto in corpe locato sed in locante. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed ex eo q mutatur multotiens manente continente contentum ꝛ diuisum: ut ex uase aqua: ipsum mediuz esse aliqd videtur spatiuz: tanq̄ aliqd sit preter corpus quod transfertur.

¶ Ostēdit q loc' nō est h'i spatiuz ut ponebāt antiqui circa qd̄ duo facit: q: p̄ ostendit vñ mouebant antiq ad dicēdū locū eē tale spatiū. scd̄o arguit in ɔ̄riū ostēdēs q loc' tale spatium esse non possit ibi⌊ hoc aūt nō est.⌋ Dicit ergo q ex eo q manente ɔtinente ut manēte uase cōtētuz ꝛ diuisum mutat multotiēs ut ex uase exit aq̄ ꝛ intrabit ibi aer ꝛ ecōuerso: q: ergo ita est videt loc' eē ipm mediū ꝛ esse aliqd qd̄ est spatiū inter latera corpis ɔtinētis tanq̄ huiusmodi spatiū sit aliqd p̄ter corp' qd̄ trāsfertur. i. p̄ter corp' locatū. ¶ Notādū autē q q: non vr̄ moueri loc' pp mutationez locati cū antiqui viderēt trāsmutare corpa adinuicē: q: in eodē cōtinēte intra latera eiusdē uasis aliqñ videbāt esse aerē aliqñ aquā posuerūt illd̄ spatiū mediū iter latera continētis eē locū qd̄ dicebāt nō trāsmutari ꝓpter trāsmutationē corpoꝝ ɔtētoꝝ. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Hoc autem non est: sed contingens incidit corpus eorum que transferuntur: ꝛ que se apta nata sunt contingere. Si autem aliquid esset spatium aptum natum ꝛ manens in eodē loco: infiniti utiqꝫ eēnt loci. Distante enim aere ꝛ aqua idem facient omnes partes in toto: quod quidē omnis aqua in uase.

¶ Ondit locū nō esse huiusmodi spatiū sepatū circa qd̄ duo facit sm̄ q ad duo incōueniētia adducit si loc' ponat eē h'i spatiū. 2ᵐ ibi⌊ simul aūt est.⌋ Dicit ergo hoc aūt nō est videlicet q loc' sit tale spatiuz: sed icidit ɔtingēs corp'. i. aliqd̄ corp' eoꝝ que trāsferunt ꝛ que sūt se apta nata ɔtingere. inter latera q̄ corpis ɔtinētis nō sūt aliq̄ dimēsiōes p̄ter dimēsiōes corpis ɔtigētis siue corpis locati qd̄ trāsfert sm̄ locū. nō ergo loc' est h'i dimēsiones ul' h'i spatiū. sed si eēt aliqd̄ spatiū manens in eodē loco qd̄ eēt aptū natū per se existere p̄ter dimēsiones locati ut ponebāt antiqui dicētes tale spatiū esse locuz hoc posito sequeret hꝫ incōueniens q infiniti utiqꝫ eēnt loci: q: trāsmutāte aere ꝛ aq̄ idē faciunt oēs ptes in toto qd̄ qdē facit ois aq̄. i. tota aq̄ in uase. nā sm̄ hāc hipothesim rn̄debit locus oib' ptib' sicut toti: q: ergo in toto sunt infinite partes infiniti erūt loci in actu qd̄ est inconueniēs. ¶ Dubitaret forte aliqs vñ sequit hec ɔ̄ntia q si locus esset dimensiones uel spatium separatum q essent infiniti loci ꝛ q responderet locus cuilibet parti sicut ꝛ

totí. Dicendū ꝙ hanc consequentiam dupliciter
declarare possumus primo sic. nunq̃ dimēsiones
alias dimensiones subintrant nisi eas separent ⁊
diuident. si enim dimensiones claui subintrarent
dimēsiones cere oporteret ꝙ cera in suis partibus
pateretur dimēsionem ⁊ scissuram. Si ergo totali
ter dimēsiones alique dimēsiones alias subintra-
rēt totaliter eas separent ⁊ diuiderēt. ꝑpter qḋ si
locꝰ eēt hꝰ dimēsiones: qꝛ hoc posito dimēsiones il
le totaliter sbintrarēt dimēsiones locati oporteret
locatū totalr̄ diuidi. diuideret ergo locatū pp̄ di-
mensiones subintrantes in ipꝫ in tot ptes in quot
diuisibile eēt: qꝛ ergo diuisibile est in ptes īfinitas
si locus esset tales dimēsiones de quolibet locato
fierēt actu īfinite ptes: qꝛ ergo pti sepate a toto de
bet locꝰ in actu eēnt infiniti loci ⁊ hoc facerēt oēs
ptes in toto qḋ facit oīs aq̃ in uase: qꝛ sicut tota aq̃
hēt esse sepatum a uase ⁊ debet ei per se locꝰ sicut
q̄libet pars habēt esse sepatuꝫ a toto ⁊ deberet ei
per se locꝰ. essent ergo īfiniti loci pp̄ infinitas ptes.
¶ Aduertēdū aūt ꝙ ponētes locū eē huiusmodi
dimēsiones ꝯdictoria ponūt. nā cū dimēsiōes per
se dimēsionibꝰ resistāt ⁊ nunq̃ dimēsio dimēsionē
igrediat qḋ patiat sectū eā nisi illā separet ⁊ diui-
dat si spatiū esset hꝰ dimēsiones: dimensiones ille
igrederent dimēsiones locati: ⁊ qꝛ totalr̄ subintra
rēt eas totaliter diuiderēt locatū in tot ptes in q̄t
diuisibile eēt. eo ergo ꝙ spatiū ponat eē huiusmo
di dimensiones ponit ꝙ dicta diuisio fiat ⁊ ponit
ꝙ dimēsiones ille dimēsionibꝰ locati resistāt: quia
vo dictū spatiū dicit esse locus cū locꝰ sit simul cū
locato erūt dimēsiones illiꝰ spatij simul cū dimen-
sionibus corpis locati propter qḋ sequit ꝙ fiat di
cta sepatio ⁊ ꝙ nō fiat uez: qꝛ semp ponētes falsū
implicant aliquo modo ꝯdictoria: qꝛ uel dicūt eē
qḋ non est uel non esse qḋ est licebit sic opponētes
ipugnare ex qualibet pte ꝯdictionis cū utrāq; po
nāt. poterimꝰ ergo arguere ꝯtra ponētes locū esse
dimēsiones sepatas ꝙ sint infiniti loci: qꝛ ad hanc
positionē ſm vnū modū cōcludēdi sequit locatuꝫ
diuidi in infinitas partes ⁊ esse īfinita loca ꝑpter
īfinitatē partiū. secūda via sic patet: qꝛ res est in
loco per quātitatē suam ⁊ per dimēsiones suas. si
cut ḡ loq̄mur de dimēsionibꝰ ⁊ de q̄ntitate rei sic
debemus loqui de loco eiꝰ. in quolibet eniꝫ corpe
possumus distinguē dimēsiones in actu ⁊ in potē
tia. dimēsiōes eniꝫ totiꝰ ut sūt vident dicere q̄d in
actu. Sed dimēsiones partiū ut partiū sunt viden
tur dicere q̄d in potētia. supficies enim ꝯtinens to
tū est supficies in actu. Sed supficies ꝯtinēs par-
tē est q̄d in potētia. ptꝰ eniꝫ q̄ꝫ pars sit diuisa a suo
toto nō est signare supficiē aliquā in actu que ꝓ ⁊
imediate sit ꝯtētiua partis. pōt tñ fieri huiusmodi
supficies in actu per diuisionē ꝯtinui. sicut eniꝫ ex
diuisiōe linee fiūt pūcta in actu sic ex diuisiōe cor
poris fiūt supficies in actu ⁊ facta diuisione est si
gnare supficiē in actu ꝯtētiuā ptis que ante diuisio
nem nō erat in actu sed in potentia. hinc est ḡ ꝙ qꝛ
locꝰ ſm v̇itatē est supficies corpis ꝯtinentis: qꝛ ta-
lis supficies solū applicat supficiei ultime corpis
locati que est supficies in actu locus in actu debet
ipsi toti: qꝛ illa supficies ad quā applicat locꝰ non
respicit partes ſm ꝙ hꝰ. sed magis respicit ipsum
totū. partes enim q̄ꝫdiu sunt cōtinue toti nō sūt in
loco in actu: sed in potētia: qꝛ nō habēt supficiem
actu cōtinētem eas ad quā locꝰ actu applicari pos-
sit. sed si locꝰ eēt dimēsiones sepate: qꝛ dimēsiones
ille totalr̄ subingrederent dimēsiones locati ⁊ ap
plicarēt se nō solū dimēsionibꝰ in actu: sed ēt dimē
sionibꝰ in potētia seq̄ret ꝙ ipsis ptibꝰ per se respō
deret locꝰ quarū est habere dimēsiones in potētia:
iō phūs ait ꝙ hoc facerēt ptes in toto qḋ tota aqua
in uase: qꝛ sicut toti aque respōderet per se locꝰ sic
si locꝰ esset hꝰ dimēsiōes cuilibet pti r̄nderet locꝰ
cū ostēsuꝫ sit hac positiōe posita locū applicari nō
solū dimēsionibꝰ in actu ſꝫ ēt in potētia. r̄ndebit ḡ
locꝰ ꝑ se ptibꝰ existibꝰ in potētia: ⁊ qꝛ īfinite sūt ta-
les ptes infiniti erunt loci. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Simul autem erit ⁊ locus transmutās quare erit loci alius locus. Et multi loci simul erunt.**

¶ Adducit scḋꝫ icōueniēs cōtra positionē factā. cir
ca qḋ duo facit: qꝛ ꝓ facit qḋ dictū est. scḋo remo
uet q̄sdam cauillationes possibiles fieri circa de-
terminata ibi [nō est aūt.] Dicit ergo ꝙ si ponat
locꝰ esse huiusmodi spatiū ul' eē hꝰ dimēsiones si-
mul cū dicto icōuenienti videlicet ꝙ erūt īfiniti lo
ci erit aliud incōueniēs. s. ꝙ locꝰ erit trāsmutās. s.
erit q̄d mobile q̄re loci erit locꝰ ⁊ mlti loci erūt si-
mul qḋ est incōueniēs. ¶ Dubitaret forte aliq̄s si
locꝰ esset hꝰ spatiuꝫ uel si eēt dimēsiones separate
utrū esset trāsmutās uel utrū esset q̄d mobile. Di-
cēdum ꝙ ſm eē q̄ntuꝫ nō separatur a quali nec est
dare dimēsiones separatas ſm esse a materia sen-
sibili: qꝛ si hoc eēt tūc mathematica sciētia que est
de quāto ſꝫ qḋ huiusmodi nō solū esset de abstra
ctis ſꝫ cōsiderationem: sed etiā ſm esse. modus er
go mathematicꝰ ⁊ mathematicus essent paris ab
stractionis qḋ est icōueniēs. nō solū igit huiusmo
di dimēsiones nō sunt locus: sed etiā nō est ponē
tales dimēsiones sicut ponebāt antiq. tamē si eēt
dare tales dimēsiones infra latera corpis cōtinē-
tis moto corpe cōtinente mouerent dimensiones
ꝑdicte. ¶ Ulterius forte dubitaret aliq̄s utrū ex
hoc sequeret ꝙ loci esset locꝰ ⁊ ꝙ multi loci essent
simul. Dicendū ꝙ ponere tales dimēsiones esse lo
cū nihil est aliḋ q̄ꝫ dicere corpꝰ mathematicū esse
locū. mathematicis aūt ut dicit in de gñatione ca
pitulo de tactu. debet tactꝰ ⁊ locus: uerūtamē si-
cut existunt mathematica sic debet eis locꝰ: qꝛ si
mathematica nō sūt sepata ſm esse sed solū ſm in-
tellectū ⁊ imaginationē nō debet eis locꝰ nisi ima
ginatꝰ. sed si v̇o existerēt sepata ſm esse ⁊ uere sūt
mobilia uere debet eis locus. sicut ergo aqua exi-
stēte in uase ꝑter dimēsiones aque ponimꝰ inter la
tera uasis quasdā dimēsiones sepatas que sūt lo
cus ipsius aque sic ꝑter illas dimēsiones sepatas
oportebit nos dare tertias dimēsiones que sint lo
cus illaꝝ dimēsionū sepataꝝ cū ostēsum sit ꝙ illis
dimēsionibꝰ cōpetit habē locū nō solum imagina-
tū sed etiā uerū ⁊ existentē. erit ergo loci locus ⁊
multi loci erūt simul. imo īfiniti loci erūt simul qꝛ
si sic posuerimꝰ locū esse hꝰ spatiū uel hꝰ dimēsio
nes sicut ꝑter dimēsiones aque damꝰ alias dimē
siones que sint locꝰ eiꝰ sic ⁊ in illis dimēsionibꝰ da
bimꝰ alias dimēsiones ⁊ aliju alias ⁊ sic in īfinitū.
¶ Notandū ergo ꝙ tā per ꝓmū inconueniens q̄ꝫ
etiā per istud cōcludit infinitas locoꝝ. aliter tamē
⁊ aliter: quia primo ꝯcludebat huiusmodi īfinitas

quia ponendo locũ esse huiusmodi spatium seque batur q̃ partib⁹ debebatur locus sicut ⁊ toti. hic autem concluditur talis infinitas: quia hoc posito sequitur q̃ loci sit loc⁹ q̃re ratio loci ibit in infinitũ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nõ est autẽ alius locus partis in quo mouetur: cum totum uas trãsmutatur: sed idem in quo enim est commutatur aer ⁊ aqua aut partes aque. Sed nõ in quo fiunt loco: qui pars est loci: qui est locus totius celi.

¶ Remouet quasdã cauillatiões possibiles fieri circa determinata. Cauillaret eni forte aliqs dicens q̃ de loco loquẽdo sm opinionẽ phi oportet ponere infinitatẽ locoꝝ cum qõlibet corpus cõtinuũ habeat infinitas ptes. Ad hoc ergo remouendũ ait q̃ cuz totũ uas transmutatur nõ est ali⁹ locus partis q̃ locus in quo mouetur totũ idest q̃ locus totius: sed idem. ⁊ q2 dixerat uas trãsmutari ne aliqs crederet locũ esse trãsmutabilẽ ostẽdit quõ trãsmutatur dicẽs q̃ cũ mutatur idest trãsmutatur supple uas uel corp⁹ cõtinẽs in quo est aer ⁊ aqua: aut partes aque sed nõ. s. mutatur in quo loco fuerũt qui locus est pars loci qui est loc⁹ toti⁹ celi. mutatur ergo loc⁹ mãliter: q2 trãsmutari põt uas uel corp⁹ aliqõ cõtinẽs. Sed nõ trãsmutatur loc⁹ ut loc⁹ est siue formaliter: q2 ordo ad celũ uel ordo ad vniuersum qõ est formale in loco est qd imobile. ¶ Notãdum ergo q̃ q2 sm opinionẽ phi ⁊ sm ueritatem ptibus nõ respõdet locus in actu nisi locus toti⁹ ppter infinitatez partiũ nõ possumus arguere infinitatẽ locorum sicut arguebam⁹ cõtra ponẽtes locuz esse spatium sm qõ sequebatur q̃ partib⁹ sm q̃ huiusmodi deberetur locus. Rursus q2 locus formaliter est immobilis nõ possum⁹ arguere q̃ loci sit locus. ne ergo aliqs cauillaret contra phm q̃ esset locoꝝ infinitas ppter infinitatem partiũ: ⁊ q2 loci esset loc⁹ ppter imobilitatem loci. ideo ut tales cauillationes remoueat ostẽdit q̃ partib⁹ non debetur locus actu nisi ratione toti⁹. ⁊ q̃ locus est imobilis formaliter ⁊ per se lz mãliter ⁊ per accidens transmutari possit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et materia autem videtur utiq3 esse locus: si in quiescenti aliquis cõsideraret ⁊ nõ in separato sed continuo. Sicut enim si alteratur. est hoc quidem nunc utiq3 album. nunc autem nigrum: ⁊ nunc quidẽ durum. oliz autem molle. Unde dicim⁹ aliquid esse materiam sic ⁊ locus per talem quandam videtur esse fantasiã. Ueruntamen illud quidem quoniaz qõ nũc est aqua: prius erat aer. Locus autem q2 ubi nunc est aqua: ibi erat aer.

¶ Ostẽdit q̃ locus nõ est mã. circa qõ duo facit: q2 p̃ ostendit vnde moueri poterãt ponẽtes locũ esse mãm. secũdo arguit in 9rium ostẽdẽs q̃ locus nõ possit esse mã ibi [Sed mã qdem.] Dicit ergo q̃ locus uñq3 videtur esse mã si aliqs cõsideret in quiescenti non separato sed continuo. ¶ Q2 aũt locus videatur eẽ materia patet. q2 sicut si alteretur aliquid hoc idez qõ nunc est albũ. nũc aũt idest postea est nigruz. sicut aũt qõ nũc est duruz olim fuit molle. vnde ppter talem trãsmutationẽ formarũ dicim⁹ aliquid esse materiã sicut ⁊ loc⁹ per talem quandã fantasiaz idest apparentiã videtur aliquid esse loc⁹: q2 ergo quodãmodo est silis modus uenãdi locũ ⁊ materiam: q2 transmutatio fecit scire aliqd esse utrũq3. ideo opinati sunt aliqui locũ esse mãm: ⁊ q2 nõ eadem trãsmutatio facit nos scire esse aliqd locum ⁊ mãm. ideo subdit q̃ uerũtamẽ supple sz transmutationez mãlem qõ nũc est aqua p̃us erat aer. locus aũt est idest sm trãsmutationẽ localem ubi nũc est aq̃ pri⁹ ibi erat aer. ¶ Notãdũ aũt q̃ ait q̃ locus videtur esse materia si aliqs cõsideret in quiescẽte: q2 sicut locus quodãmodo quiescere dr̃ q2 ipse manens imobilis fit in eo trãsmutatio corpoꝝ: sic ⁊ mã quodãmõ dr̃ quiescẽ: q2 ipsa manẽs igenerabilis ⁊ icorruptibilis fit in ea gñatio ⁊ corruptio alioꝝ. ¶ Notãdũ etiã q̃ dicit in continuo nõ sepato q2 mã in hoc differt a loco: q2 loc⁹ est qd sepatum ab eo cui⁹ est loc⁹. mã uo nõ est qd sepatũ ab eo cui⁹ est mã. si ergo loc⁹ debet apparere mã non debet fieri 9sideratio in sepato: q2 mã non est quid separatum. ¶ Notãdũ etiam q̃ q2 trãsmutatio sm mãz est transmutatio formaꝝ. trãsmutatio uo sm locum est trãsmutatio corpoꝝ. ideo mãlis transmutatio differt a locali: q2 sm trãsmutationẽ mãlẽ nõ dicitur ubi p̃us erat aer ibi postea est aqua: q2 aer ⁊ aq̃ nõ dicũt solã formã sed notant ipz cõpositũ. sm ergo hãc trãsmutationẽ dici põt q̃ mã que p̃us erat sub forma aeris postea fit sub forma aque: uel qõ p̃us erat aer postea fit aqua. Sed sz trãsmutationẽ localẽ ubi est trãsmutatio ipsoꝝ cõpositoꝝ uel ipsoꝝ corpoꝝ competenter dicitur q̃ ubi prius erat aqua ibi postea est aer: ⁊ ecõuerso. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed materia quidem sicut dictuz est in prioribus neq3 diuisa est a re: neq3 continet rem. locus autem utraq3.

¶ Arguit 9rium ostẽdẽs locũ nõ esse mãm dicẽs q̃ mã quidem sicut dictũ est in p̃orib⁹ neq3 diuisa est a re neq3 9tinet. loc⁹ aũt est ut supra. nõ igitur eẽ põt q̃ locus sit mã ppter utraq3 hec q2. s. habet rõnez 9tinẽtis ⁊ est qd sepatuz ab eo cui⁹ est loc⁹. mã uo habet rationem contenti ⁊ non est qd diuisum ab eo cuius est materia.

Lectio. VII.

Si igitur nihil horum trium locus est: neq3 species: neq3 materia: neq3 spatiuz aliquod: sed semper est alterum preter id quod est rei distantia: necesse est locum esse reliquum de quatuor continentis terminuz corporis. Dico autem contentum corpus qõ mouetur sm loci mutationem.

¶ Postq̃ phs ostẽdit qd nõ est loc⁹: q2 nõ est aliqõ dictoꝝ triũ: q2 non est mã nec forma nec spatiũ. in pte ista uenatur qd est loc⁹: q2 est q̃rtũ. vz. terminus corpis 9tinẽtis. in uenãdo aũt qd est loc⁹ duo. s. q2 p̃ uenatur ptes qdditatis ei⁹ siue diffinitionis ipsi⁹. 2⁰ 9cludit diffinitionẽ ei⁹ tanq̃ uenatã ibi [q̃re terminu⁹ 9tinẽtis.] diffõ aũt loci hec est q̃ loc⁹ ẽ termin⁹

ptinētis imo^lis pmū. In hac autē diffōne est aliqd mäle aliqd formale. Nā totum hoc videlicet termin⁹ ptinentis pmū est q̈si mäle in loco. qd ṽo additur imobilis est q̈si formale in eo. Nā ordo ad vniuersū pp quē ordinē loc⁹ hēt imobilitatem est q̈si qd formale in loco. duo ergo facit: q: p̊ uenaf illud qd est mäle in loco. 2° id qd est formale ibi [videt aūt magnū.] Dicit ergo q̈ si loc⁹ nihil est hoꝝ triū: q: neq̈ spēs neq̈ mä neq̈ spatium aliqd qd est alterum pter id qd est rei distātia. i. rei locate ꝛ cōtēte que distat. i. differt ab huiusmodi spatio. Si ḡ loc⁹ nō est tale spatiū differēs a re locata neq̈ est mä neq̈ forma necesse est locum esse reliquū q̈tuor. s. terminum corpis ptinētis: ptinētis supple corp⁹ ptentū vel corp⁹ locatum ꝛ exponit se qd appellat corp⁹ locatū vel ptētum. dicit q̈ corp⁹ ptētū est qd mouet ſm loci mutationē. sicut enim de rōne loci est q̈ sit qd imobile sic de rōne locati ꝛ ptēti est q̈ moueat ſm loci mutationem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Videt aūt magnū aliqd ꝛ difficile accipi qd est locus: ꝛ propter hoc qd apparet eē materia ꝛ forma: ꝛ propter hoc qdē q̈ in quiescente ꝛ continente fit transmutatio eius quod fert: ptigere eni videt eē spatium medium aliud aliquid amotis magnitudinibus. proficit autem aliqd ꝛ aer: ꝛ apparens icorporeus esse. Videtur eni non solum termin⁹ vasis esse locus: sed ꝛ qd est medium tanq̈ vacuum.

¶ Venat id qd est formale in loco circa qd duo facit q: p̊ ait esse difficile ꝛ magnū accipe qd est loc⁹. secūdo pmissa difficultate circa qdditatē loci investigat id qd est formale in qdditate loci. videlicet q̈ loc⁹ est qd imobile ibi [est aūt sicut vas.] Dicit ergo q̈ videt aliqd magnum ꝛ difficile accipi locus idest accipe qd sit loc⁹ ut habet alia lr̃a ppter hoc q̈ loc⁹ apparet esse mä ꝛ forma ꝛ ppter hoc etiam q̈ incōtinēti ꝛ quiescēti fit trāsmutatio ei⁹ qd fert. ideo videt ptingere locū esse spatiū medium qd est aliqd aliud a magnitudinib⁹ motis: q: ergo loc⁹ cōuenit cū mä ꝛ forma ꝛ spatio difficile est accipere qdditatem ei⁹ ꝛ addit q̈ pficit aūt aliqd. i. iuuat ꝛ inducit ad hoc q̈ loc⁹ videat esse spatiū aer qui est apparēs esse incorpore⁹. videt enim ex hoc loc⁹ non solum esse terminus vasis. i. superficies vasis. sed eē id qd est mediū tanq̈ vacuū. ¶ Notandū aūt q̈ supficialiter cōsiderādo de loco cū cōsideram⁹ in vase quiescente pleno aere: q: in illo spatio in quo est aer recipit aqua videt loc⁹ esse illud spatium qd est mediū inter latera vasis. imo q: aer habet q̈litates valde insensibiles hoies sensibiles plenum aere reputant vacuum. pficit ḡ aer ad hoc q̈ loc⁹ videat eē spatiū: q: aer qui est inter latera vasis qui pp sui icorporeitatē. i. isensibilitatē credit esse spatiū vacuū: q: ille talis aer vr̃ esse loc⁹. ideo loc⁹ credit esse tale spatiū medium. q: enim intrāte aq̈ in vase non videm⁹ ide exire aerē. idē credim⁹ esse locū vacuum ꝛ spatium aere plenū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Est autem sicut vas locus transmutabilis: sic locus vas imobile: vnde cū quidē in eo qd mouetur moueatur: ꝛ mutetur quod intus: ut in flumine nauis: tanq̈ vase uertitur magis q̈ loco ptinēti: vult autem imobilis locus esse. Unde ois fluui⁹ magis locus est: q: imobilis omnis.

¶ Venat qd est formale in loco videlicet q̈ loc⁹ est qd imobile dicēs q̈ sicut vas est loc⁹ trāsmutabilis sic ꝛ loc⁹ est vas imobile. vñ cū in eo qd mouet moueat ꝛ mutet aliqd qd est intus ut im⁹ in amne idest int⁹ in flumine nauis. Nauis enim cū mouet itus in amne vel itus in flumine cū ipm flumen sit qd mobile mouet itus in eo qd mouet. Cum ergo ita est nauis utit supra toto flumine tanq̈ vase. i. tanq̈ loco magis q̈ loco ptinēti. vr̃ eni tot⁹ fluui⁹ magis esse locus nauis q̈ illa ps fluuij ptinēs nauē. ideo subdit q̈ locus vult esse imobilis. vñ ois terminus. i. tot⁹ termin⁹ vel totus fluuius ut habet alia littera magis est loc⁹ nauis q̈ pars fluuij: q: partes fluuij mouentur. Sed ois idest tot⁹ fluui⁹ est quodāmō imobilis. ¶ Notādū autē q̈ vas ꝛ qdlibet corp⁹ cōtinēs ut supra tāgebat noiat locū mäliter solū: ꝛ q: loc⁹ mäliter transmutat iō vas dicit esse loc⁹ nō quocūq̈ mō: sed loc⁹ trāsmutabilis. locus ṽo dicit esse vas imobile: q: locus nō nominat vas vel corp⁹ cōtinēs absolute sed noiat ipsum ut habet ordinē ad vniuersum: q: ergo ex tali ordine ptrahit locus imobilitatem. ideo sicut vas est loc⁹ transmutabilis q: noiat locum solū mäliter sic loc⁹ formaliter ꝛ ut est vas immobile: q: est ut vas habēs ordinem ad vniuersum ex quo ordine immobilitatem trahit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare terminus continentis imobilis primum hic est locus.

¶ Ex his que dixerat pcludit diffinitionē loci tanq̈ venatam. circa quod duo facit: q: p̊ cōcludit hui⁹ diffinitionē. secūdo manifestat mēbra posita in huiusmodi diffinitionē ibi [ꝛ pp hoc manifestū est.] Dicit ergo q̈ hoc est loc⁹ idest hoc est diffinitio loci videlicet q̈ est terminus continētis immobilis primū. ¶ Notandū aūt q̈ locus est termin⁹ idest supficies ptinētis imobilis. nō supficies quelibet sed supficies illa que primū ꝛ imediate attingit ipsum locatū. tria ergo sunt de rōne loci videlicet q̈ sit supficies cōtinēs. q̈ sit qd imobile. ꝛ tertio q̈ p̊ ꝛ imediate attingat ipm locatū. ¶ Dubitaret forte aliqs de quidditate loci. ꝛ pmo dubitari pōt de genere loci in quo genere sit loc⁹ videt q̈ sit in genere q̈litatis. nā si locus habet quandā ṽtutē ꝛ potētiam saluatiuā cum hoc ptineat ad nālem potentiam vel ipotētiam que est scđa species qualitatis videtur q̈ locus sit in genere qualitatis ꝛ nō quātitatis cū quātum ſm q̈ huiusmodi nō videat dicē qd saluatiuum. ¶ Ampli⁹ videt q̈ loc⁹ sit in genere relationis cum dicat relatiue ad locatū. in ptrariū est phs qui in predicamētis collocat locum in genere q̈titatis etiā in hoc libro cū dicat locū eē supficiem ꝛ terminum corpis cōtinētis reponit ipsum in gñe quātitatis. Dicendū q̈ quidā dixerūt locum esse in gñe quātitatis ꝛ qualitatis: q: ut est termin⁹ supficies ptinet ad quātitatem ſ3 ut dicit ṽtutē quādam saluatiuam ptinet ad q̈litatē: sed istud stare nō pōt: q: vnū ꝛ idem formaliter ad diuersa pdicamēta pertinere nō pōt cū diuersoꝝ generum ꝛ nō subalternatim positoꝝ diuerse sunt spēs ꝛ diñe locus.

ergo sumpt⁹ formaliter ⁊ ut loc⁹ est ad diuersa p̄-
dicamēta pertinere non pōt. Dicam⁹ igit̄ ꝙ quātū
dupl'r pōt cōsiderari uel ut q̄tū uel ut est termin⁹
corp⁹ nālis. p̄mo modo ptinet considerare de quā
to ad mathematicū. secūdo ad nālem. q̄tum ergo
ƀz cōsiderationē mathematicā nō habet ꝙ saluet
nec ꝙ corrūpat. Sed quātū nāle ɔsequi bēt salus
⁊ corruptio. Nam ƀm quātitatē sic sumptū sumū
tur debitus ordo debita distātia ad h⁹' sēsibile. q̄
tū ergo ut est de cōsideratione naturalis nō est qd
abstractū a materia sensibili. q̄ ergo ƀz ꝙ accipit̄
alia ⁊ alia distantia ab orbe ⁊ ƀm ꝙ aliqd cōtinet̄
alio ⁊ alio termino corporis nālis potest cōsequi
salutē ⁊ corruptionez ideo locus bēt vim saluatiuā
si sit ꝓpri⁹. ⁊ vim corruptiuaz si sit alicui⁹. ꝓut eni
res habent aliam ⁊ aliā naturam habēt saluari in
alia ⁊ alia distantia ab orbe. locus ergo q̄ termi-
nus ⁊ superficies est quātitas est. Q̄ŏ aūt habet
virtutē saluatiuaz uel corruptiuā hoc nō est ut est
quid mathematicum sed ut est quid nāle ⁊ ut dicit
quid cōiunctū qualitatib⁹ actiuis ⁊ passiuis uel ut
dicit determinatā distantiā ab orbe. ⁊ per hoc pa-
tet solutio ad p̄mū: q̄ nō est incōueniēs aliqd eē in
genere quātitatis ⁊ tū modo quo dictū est habere
virtutē saluatiuā ⁊ corruptiuā. Quod v̄o addeba
tur ꝙ loc⁹ est in predicamēto relationis. dicēdū ꝙ
ut alibi diffusius dixim⁹ incōueniēs nō est rē vni⁹
predicamēti habere modū alteri⁹ predicamēti ut
forma substantialis que pertinet ad p̄dicamentuz
substantie habet quēdam modū qualē inq̄tū non
per se existit ⁊ oīa uľia nō significant qd per modū
quid q̄ nō significant hoc aliquid sed magis signi
ficat quale quid .i. significant qd per modū qualis
sicut ergo qŏ nō est in predicamēto qualitatis ha-
bet quēdā modū quale: sic qŏ nō est in predicamē
to relationis habere pōt quēdā modū relatiuū ⁊
talia sunt relatiua ƀm dici. hoc modo locus est qd
relatiuū qui ƀm eē est in predicamēto quantitatis
bēt tū quēdā modū relatiuū per cōparationē quā
habet ad locatū uel per ordinē quē bēt ad vniuer-
sū. ℭ Ulteri⁹ forte dubitaret aliquis de eo qŏ est
formale in loco. videlicet de immobilitate ei⁹ utrū
loc⁹ sit qd imobile. videt̄ ꝙ nō: q̄ mota remouet̄
qcqd est in ipsa. Cū ergo loc⁹ sit in corpore locāte
tanq̄ in subiecto moto huiusmodi corpore moue-
bit̄ ⁊ loc⁹. Dicēdum ꝙ loc⁹ ƀm quosdā est imobi-
lis per se mouet̄ tū per accidēs. Sed si ph̄m salua
re volum⁹ cogimur dicere locū ƀm ꝙ huiusmodi
esse qd imobile nō solū per se sed ēt per accidens.
Naz supra ꝓbauit ph̄s locū nō esse materiā neq̄
formā q̄ loc⁹ est quid immobile. materia aūt ⁊ for
ma dicūt qd mobile. Cū ergo in mā neq̄ foīa per
se moueri possūt nō sufficit ad habēdā mētē ph̄i di
cere locū eē imobilē per se: mobilē v̄o per accidens.
Sciendū igit̄ ꝙ ut pōt patere per habita loc⁹ est i
mobilis formaliter. mobilis v̄o mālr̄. hoc autez
dupliciter declarare possum⁹. p̄mo sic. videm⁹ eni
ꝙ quelibet pars fluuij mouet̄ tot⁹ tamē fluius est
quodāmō imobilis: q̄ q̄diu durat cursus aquaꝝ
tādiu fluuius retinet eundē sitū. Nauis existēs in
fluuio si liget̄ ad stipitē aliquē ut non sit cū flumi-
ne fluat dicet̄ semp̄ eē in eodē loco q̄ lz semp̄ alia
⁊ alia aqua sit subter eā ⁊ lz nauis non habeat eū
dē ordinē ad totū fluuiū ꝓpter qŏ totus flui⁹ quo
dāmodo dicit̄ loc⁹ q̄ loc⁹ nauis habet quādaz im-

mobilitatē ex ordine ad totū fluuiū: sic ⁊ quelibet
pars vniuersi est mobilis: totū tū vniuersū nō mu
tat locū sed substantiā ideo locus sursū dicit̄ eē im
mobilis q̄ cōcauū orbis lune semp̄ est in eadē di
stātia ad centrū nec est in vno tp̄e plus sursū q̄ in
alio. ⁊ sicut locus sursū est imobilis sic ⁊ loc⁹ deor
sum est immobilis q̄ ad cētrū imobiliter perseue
rat. Non ergo posset intelligi ꝙ locus sursum uel
ℭ Ponit quartū rationē que talis est si uacuū eēt aliquid uel si uacuū requireret ꝓpter motū hoc non eēt nisi q: uacuū haberet rationē loci. Sed impossibile est ꝙ uacuuȝ sit locus ergo impossibile est ꝙ uacuum sit uel ꝙ necesse sit esse uacuum propter motū. ꝓbat aūt ꝙ uacuū non possit eē locus dicēs ꝙ si uacuū ponat esse locus quō inerit aliqd aliud in aliquo aut in loco: aut in uacuo ꝙ ponat eē locꝰ nō eni accidit cū totū positū sit supple eē in uacuo ꝙ sit in eo sicut in loco separato ⁊ sicut in corpore nisi pars ponat seorsū a toto nō erit in loco: sed in toto qđ supple in uacuo saluare nō possumꝰ. est ergo vis rationis ꝙ si uacuū eēt locꝰ saluaremꝰ in eo cōditiones loci. est aūt cōditio loci ꝙ ps nō sit per se in loco: sed in toto. qđ si uacuo saluari nō pōt q: ut supra dicebat si locꝰ eēt spatiuȝ uacuū seqret ꝙ ptes eēnt eque per se in loco sicut ⁊ totū. Non ergo uacuū pōt eē locus ⁊ si nō est locꝰ sequit ꝙ nō sit: iđ subdit ꝙ amplꝰ si uacuū nō est locus sequit ꝙ uacuū nō erit. ℭ Notandū aūt ꝙ ait corpꝰ nō posse eē in uacuo sicut in loco sepato ⁊ in corpe sufferente: q: ꝭm phȝ locus est aliquid separatū a locato ⁊ aliquid extra ipȝ ⁊ huiusmodi locus est in corpe sufferēte i. in corpe sustinente ⁊ cōtinēte locatū. sed si locus poneret eē uacuū tūc locꝰ nō esset aliqd extra locatū. Sȝ dimēsiones loci penetrarēt dimēsiones locati ⁊ coaptarēt se huiusmodi dimēsiones dimēsionibꝰ partiū sicut dimēsionibꝰ totiꝰ ꝓpter qđ ita eēt in loco pars per se sicut ⁊ totū qđ est cōtra cōditionē loci. Nō ergo uacuū pōt eē locus ⁊ p ꝯñs nec pōt eē eēntiale eni eēt uacuo ꝙ si eēt. eēt locꝰ ut cōmētator ait. ℭ Deinde cuȝ dicit.

ℭ Accidit aūt dicētibꝰ eē uacuū tanꝙ̃ necessariū: siquidē erit motꝰ: cōtrariuȝ magis eē: si aliqs intēdat nō cōtingere moueri nihil: si sit uacuū. Sicut eniȝ propter simile dicentes terrā quiescē: sic ⁊ in uacuo necesse est quiescere. Nō enim quo magis ⁊ minus mouebitur: ꝭm eni ꝙ uacuum est: nō habet differentiam.

ℭ Ponit quītā rōnē dicēs ꝙ dicentibꝰ eē uacuū tanꝙ̃ aliquid necessariū siquidē erit motꝰ accidit magis cōtrariū eiꝰ qđ dicūt si aliqs itēdat nō cōtingere moueri nihil si sit uacuū sic patet pp simile. sūt eniȝ qdā dicētes terrā qescē in medio ꝙ nō magis trahit ab vna parte celi ꝙ̃ ab alia sic ⁊ in uacuo necesse est. Nō eni est ibi dare quo aliqd magis pōt trahere ꝭm vnā partē ꝙ̃ ꝭȝ aliā q: ꝭm ꝙ uacuū est nō hēt diīaȝ. corpꝰ ergo positū in uacuo in nullam ptē mouebit: q: in nullā ptē trahet. ℭ Dubitaret forte aliqs utrū sit tractꝰ a uacuo. vī ꝙ sic q: ut col ter ponit tractꝰ aliqñ est a uacuo aliqñ a calido aliqñ a tota specie. in cōtrariū est: q: ꝙ nullā naturā hȝ vi attractiuā hēre si pt. ℭ Dicēdū ꝙ tractꝰ a uacuo dupl'r pōt itelligi. p ꝙ uacuū dicat aliquā nāȝ positiue a qua per se fiat attractio ⁊ sic imaginari tractū a uacuo est oīno fātasticū. hoc ergo mō ꝓbat phūs ꝙ oē positū in uacuo cōtingit qescere q: cū uacuū nō positiue aliꝗ̃ viȝ abstrahēdi qcqd poneretur in uacuo nusꝗ̃ mouebit q: nō magis trahetur ad vnā ptē ꝙ̃ ad aliā sicut per simile ꝭm quosdā terra in medio manebat imobilis q: cū equaliter distaret a ptibꝰ circūferētie celi nō magis trahebat ad vnā ptē ꝙ̃ ad aliā. Alio modo pōt intelligi tractꝰ a uacuo i. tractꝰ ut non sit uacuuȝ ⁊ sic sit tractus a uacuo: q: eni nā nō patit uacuum sic multotiens tractꝰ ne ꝯtingat uacuū ut patet de uētosa in qua si ponat stupa accēsa ignis ille rarefacit aerē ꝯtētū in uētosa. Si ergo uētosa ponat super carnē q: ignis ille extinguit: ⁊ aer ille infrigidat ⁊ occupat minorē locuȝ: ideo ne sit uacuum sit attractio

carnis forte tñ in uentosa ibi ponit stupa accẽsa cõcurrit uterqꝫ attractꝰ a calido ⁊ a uacuo. multotiẽs tñ fit tractꝰ a solo uacuo ut patet in fistulis tortuosis q̃s quidẽ serpẽteos appellãt que posite in dolio vini q̃si totũ doliũ euacuãt. qđ ideo contingit qꝛ cum ille fistule sint tortuose si desisteret fluxus in medio remaneret uacuũ. ℭ Ulteriꝰ forte dubitaret aliquis cum attrahere sit aliquis effectꝰ positiuus ⁊ effectui positiuo oporteat dare causã positiuã que est illa causa positiua que trahit ut nõ sit uacuũ. Dicẽdũ ꝙ huiusmodi cãm nõ possumꝰ ponere aliqđ corpꝰ mixtũ: qꝛ in puro elemẽto ubi nullũ elementũ esset corpus mixtũ posset contingere talis tractus. rursus huiusmodi cãʒ nõ possumus ponere aliqđ elemẽtoꝝ: qꝛ talẽ tractũ cõtingit fieri i oẽʒ partẽ ⁊ ad omnẽ differentiã positionis. nullũ aũt elemẽtoꝝ ẜm se contingit habere talẽ motũ est ergo talis tractus a virtute celesti. sic eni imaginari debemus ꝙ tota spera actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ ex virtute celesti conexionẽ habet. ⁊ qꝛ eiꝰ cuiꝰ est cõnectere est attrahere ne contingat ibi aliqđ eẽ diffusũ. ideo celestis virtꝰ cuiꝰ est ꝯnectere hec omnia trahit ne ista fiant deffusa ⁊ ne cõtingat hoc eẽ uacuũ. sicut enim adamas: qꝛ habet sibi vnire ferrũ. ideo ex quacunqꝫ pte ponat ferrum abstrahit ab adamante. sic qꝛ celũ habet vnire singulas partes vniuersi in quacũqꝫ parte cõtigeret diuisio ⁊ uacuitas fit virtute celesti abstractio in illã partẽ ne hoc cõtingat. ℭ Notãdũ aũt falsã eẽ sniaʒ dicẽtiũ terrã quiescere in medio: qꝛ equaliter trahit ab oi parte celi. qꝛ tũc terra non qesceret naturaliter ibi: sed violẽter. hec ergo ratio ꝙ corpus positũ in uacuo ibi quiesceret uel est contra sic opinãtes uel est pticularis ut cõtra ponẽtes motũ fieri in uacuo propter talẽ abstractionem. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Deinde qm̃ ois motꝰ aut violẽtꝰ aut ẜʒ nãʒ est. Necesse est aũt: siqdẽ si violẽtꝰ eẽ ⁊ cũ qui ẜʒ nãʒ. Violẽtꝰ quidẽ eni est extra naturam: qui autẽ extra naturã posterior est eo: qui est ẜʒ nãʒ. Quare si nõ ẜm naturã est vnicuiqꝫ phisicorum corporũ motꝰ: neqꝫ aliorũ erit motuũ neqꝫ vnꝰ.

ℭ Ponit sextã rõnẽ circa qđ duo facit: qꝛ pmo supponit motũ naturalẽ esse priorẽ violẽto: ⁊ ꝙ si nõ est nãlis nõ est violentus. ideo ex hac suppositiõe supposita arguit intentuʒ ibi [at ṽo motꝰ.] Dicit ergo ꝙ deinde supponẽdũ est ꝙ omnis motꝰ aut est violentꝰ aut ẜm naturã. ⁊ ꝙ necesse est siquidẽ si motꝰ est violentus est esse ⁊ eũ qui est ẜʒ naturã nam violentus est motus qui est extra naturam ⁊ est posterior eo motu qui est ẜʒ naturã. ⁊ qꝛ si non est priꝰ nõ est posteriꝰ. quare si vnicuiqꝫ phisicorũ corpoꝝ nõ est motꝰ qui est ẜm naturã neqꝫ erit vnꝰ alioꝝ motuũ. oẽs eni alij motꝰ vident presupponere motũ naturalẽ. cui ergo non cõpetit motꝰ nãlis ei nõ cõpetit alius motꝰ. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ At ṽo motꝰ nã quõ erit in uacuo: cum nec vna sit dĩa ẜʒ uacuũ ⁊ ĩfinitũ. Secundũ qdẽ eni ꝙ infinitũ est: nihil erit sursũ: neqꝫ deorsũ: neqꝫ mediũ. Secũdũ autẽ ꝙ uacuũ ẽ nihil differẽs sursũ a deorsuʒ. Sicut enim nulliꝰ neqꝫ vna est differẽtia sicut ⁊ nõ entis: uacuũ aũt cũ nõ sit aliqđ puatio videt eẽ. Nã aũt loci mutatio differẽs est. Quare erũt que sunt nã dĩa. si igit nõ est natura: nusqꝫ ⁊ nulla loci mutatio aut si hoc est: non est uacuuʒ.

ℭ Ex his que dixerat arguit intẽtũ dicẽs. at ṽo quõ erit motꝰ nã. i. nãlis in uacuo cũ neqꝫ sit vna differentia ẜm uacuũ ⁊ ẜm infinitũ. ẜm quidẽ eni ꝙ est infinitũ nihil erit sursũ neqꝫ deorsũ neqꝫ mediũ. ẜʒ aũt ꝙ est uacuũ nõ est in eo differẽs sursũ a deorsũ. qꝛ sicut nulliꝰ est vna differentia sic ⁊ non entis est aliqua differẽtia. uacuũ aũt cũ nõ sit aliqđ ⁊ qꝛ videt eẽ puatio nõ habebit in se aliquã differẽtiaʒ loci aũt mutatio est differẽs natura. i. nãliter ẜm supꝰ ⁊ inferꝰ: quare erũt dĩa que sũt nã. est ergo vis rationis ꝙ in his que fiunt natura ⁊ in mutationibus naturalibus est assignare differentias ẜʒ diuersas species motuũ in uacuo non est assignare huiusmodi differentiam. ergo ibi nõ est ponere motus naturales ⁊ per cõsequẽs nec alios motus ideo subdit. si igit nõ est natura. i. si nõ est motꝰ nãlis nusqꝫ erit alia loci mutatio. aut si hoc est. i. si est motꝰ naturalis sequit ꝙ non est uacuũ. ℭ Dubitaret forte aliquis quõ uacuũ est uacuũ ⁊ infinitũ ⁊ quõ ut est ĩfinitũ nõ est ibi assignare neqꝫ sursũ neqꝫ deorsũ neqꝫ mediũ. ⁊ ut est uacuũ sursũ ibi non differt a deorsũ. Dicendũ ꝙ ponere sursũ nihil est aliđ q̃ ponere quoddã corpus mathematicũ uel ponere quasdã dimẽsiões separatas que sint actu priuate ab omnibꝰ qualitatibus sensibilibꝰ. huiusmodi ergo dimẽsiones dupľr ꝯsiderari possũt. uľ ut dimẽsiones sunt: uel ut sunt priuate qualitatibꝰ sensibilibuſ. si cõsiderent ut sic priuate sũt sic dicũtur infinite. i. indeterminate: qꝛ nõ determinant p aliquas qualitates sensibiles. ratio eni ĩfiniti in q̃dam priuatione cõsistit ⁊ infinitũ qđ indeterminatum nominat. cũ ergo sursũ deorsũ ⁊ mediũ ut dicunt quid naturale dicant aliquid coniunctum debitis qualitatibus ⁊ debitis passionibus quia a talibus non abstrahit naturalis uacuum ut dicit qđ infinitum: ⁊ quid priuatuʒ talibꝰ in eo nãles differentie locales signari nõ pñt. ⁊ rursuſ qꝛ uacuũ ut uacuũ est ⁊ ut nominat ipas dimẽsiões lʒ ibi possemus signare diuersas extremitates: qꝛ nõ eẽt alteriꝰ nature nec esset nãliter alteriꝰ rationis in vna extremitate q̃ ĩ alia ibi sursũ a deorsũ differre nõ posset: ppter qđ si nõ esset ibi assignare tales differẽtias locales ibi naturalis motꝰ eẽ nõ posset que tales differentias presupponit. ℭ Deĩde cũ dicit.

ℭ Ampliꝰ nũc qdẽ piecta mouent piecto nõ tãgẽte: aut pp anthiperistasim: sicut qdã dicũt: aut ex eo qđ pellit pulsus aer uelociore motu q̃ʒ latio pulsi: ẜʒ quã fert in ppriũ locũ. In uacuo ãt nihil hoꝝ cõtingit eẽ: neqꝫ erit fieri: sʒ aut sicut qđ uehit.

ℭ Ponit septimã rationem dicens ꝙ ampliꝰ nũc qdem piecta mouent proiectiuo nõ tãgente ea. qđ quidẽ nõ cõtingit aut propter anthiperistasim. i. ppter repercussionẽ uel ppter cõtrapulsionẽ sicut quidam dicunt. aut hoc contingit ex eo ꝙ aer pellit corpus mobile sicut corpus pulsum: qui aer est

pulsus ueIociori motu q̃ sit latio corporis pulsi s3 quā fert in propriū locū. in uacuo aūt nihil horū cōtingit esse quare neq3 erit. i. nō cōtinget ferri sic aliqd in uacuo. Sed aut si est ibi latio erit sicut qō uehit. i. sic qō portat. ℭ Notandū aūt q quō aer pellit corp⁹ proiectū in ipso est duplex modus dicēdi. vnus est q sicut lapide proiecto in aqua fiūt ibi quidā circuli ita cū fit ipulsus in aere fiunt ibi quidā circuli qui ipellūt corp⁹ ꝓiectū ⁊ hoc appellat phūs moueri per anthiperistasim. i. per cōtrapulsionē: q2 illi circuli cōtrapellūt ꝓiectū corp⁹. Alio modo dicit q iō corp⁹ proiectu3 ab aere pellit q2 aer ipulsus mouet ueIociori motu q̃ si sit motus corporis proiecti. ideo nō permittit illud cadere ⁊ nō permittēdo ip3 cadere pellit ip3: videm⁹ eni q si in circulo ponat lapis ⁊ proijciat circulus in altum ita q̃ fortiter uertatur lapis simul uertet cū circulo ⁊ semꝑ stabit in eadē parte circuli. qō ideo contigit: q2 mot⁹ circuli est uelocior q̃ sit mot⁹ lapidis deorsu3. iō ille mot⁹ ipedit motū lapidis ut nō permittit ip3 descēdere sed facit ip3 moueri s3 motū ipsi⁹ circuli. sic ēt siquis scutellā plenā aqua repente uerteret ita q uersio scutelle eēt uelocior q̃ descēsus aque deorsū per huiusmodi uersionē aqua a scutella nō caderet. q2 ergo aer est imobilis ⁊ pulsus mouet ueIociori motu q̃ sit mot⁹ corpis proiecti in propriū locū. ideo q̃diu mot⁹ aeris est ita uelox nō permittit corpus proiectū cadere sed pellit ip3. quocūq3 ḡ mō ponat corpus ꝓiectū fieri per pulsionē medij ponētes uacuū talē motū saluare nō poterunt poterit forte lapis in uacuo uehi uel portari cū manu. sed statī cū exibit a manu cadet. cū ergo hoc sit cōtra sensū q2 ad sēsum videm⁹ ꝓiecta moueri ꝓiectiuo nō tangēte cōtra sensum est ponere uacuū. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Amplius nullus habebit dicere ꝓpter quid qō mouet stabit alicubi. Quid eni3 magis hic q̃ ibi. Quare aut quiescet aut in infinitum necesse est ferri: nisi quod impedierit maius.

ℭ Ponit octauā rōnē dicēs ampli⁹ si ponat uacuu3 nullus habebit dicere aliquid. i. nullus poterit dicere rationē ꝓpter quid mouet qō mouet. mouet aūt ꝓpter qd aliqd stabit. i. qescet alicubi. qd enim i. ꝓpter qd magis mouebit aut qescet hic q̃ ibi q̄ si dicat nō est assignare cām quare aut qescet ubiq3 corp⁹ positū in uacuo aut infinitū necesse ferri nisi aliqd ipedierit mai⁹. ℭ Notandū aūt q q2 uacuum nullam hēt dr̃iam in suis partibus ideo corp⁹ positū in eo si quiescet in vna pte quiescent in q̄libet: ⁊ si mouet ad vnā pte3 mouebit ad qualibet uł ergo semꝑ qescet uł semꝑ mouebit. nō ergo uacuo posito poterim⁹ saluare in corpib⁹ naturalib⁹ motū ⁊ qete3 naturalem: sed uel saluabim⁹ ibi motū tm̄ uel quietem tm̄. ℭ Notādū ēt q ait nisi aliquid impedierit q2 q̃tūcunq3 corpus dicit etiā naturā semꝑ fieri uel moueri. Si occurreret ei aliqō impedimētū qō esset maius eo uel fortius eo sisteret motus eius. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Ampli⁹ aūt tūc quidē in uacuū ob id qō cedit ferri videtur. In uacuo aūt ubiq3 similiter est huiusmodi. Quare ubiq3 fert.

ℭ Ponit nonā ⁊ ultimā rationē dicēs q ampli⁹ aūt nūc quidē s3 opinionē ponētiū uacuū corp⁹ mobile videt ferri. i. moueri in uacuo ob id q cedit uacuo. sed in uacuo similiter est h⁹. i. in uacuū cedit similiter ubiq3: quare corp⁹ positū in uacuo ubiq3 fert. mouebit ergo simul ⁊ semel diuersis moub⁹ qō est inconueniens. Lectio. XIII.

Ampli⁹ autē ⁊ ex his manifestū est
a qō dicit. Uide eni idē ⁊ graue ⁊ leue corp⁹ uelocius ferri propter duas causas. Aut indifferendo quid: ut per aquā: aut per terrā: aut per aerē: aut idifferendo qō fert: si alia sūt eadē ꝓpter excellētiā grauitatis aut leuitatis. Hoc igit per qō fert cā est: q2 ipedit maxime quidem quod contra fertur: postea autē ⁊ manēs Magis autem quod nō facile diuiditur. Huiusmodi autem grossius est.

ℭ Postq̃ phs improbauit uacuū ex parte mot⁹. in parte ista iprobat ipsum ex pte uelocitatis ⁊ tarditatis in motu. circa quod duo facit. q2 primo p̄mittit quedā necessaria ad propositū. secūdo exequit de intēto ibi [illud quoq3 in quo est.] Dicit ergo q ampli⁹ ex his. i. ex dicēdis manifestū est qō diximus q nō ē dare uacuū. videm⁹ eni idē corp⁹ graue ⁊ leue uelocius ferri ꝓpter duas cās. aut inferēdo ꝑ mediū per qō fert ut q2 fert p aquā aut per terram aut per aerē: aut pōt eē causa inferendo id qō fert. i. per dr̃ias mobilis: q2 si alia sint eadē. i. si mediū sit equale ꝓpter excellētiā grauitatis aut leuitatis ipsi⁹ mobilis pōt eē differētia in motu. Addit aūt quō mediū diuersimode hēt ipedire dicēs q hoc quidē per qō fert. i. mediū cā est q2 maxime qdē impedit qō ꝯtra fert: postea aūt ipedit si est manēs. lapis eni si descēdat per aerē q̃tūcūq3 aer maneat uel nō moueat impedit mot⁹ lapidē. Sed si aer ferat cōtra inclinationē lapidis magis impediret motū eius. subdit aūt q etiā magis impedit motū mobilis mediū qō nō facile diuidit. h⁹ aūt est mediū grossius. ℭ Notādū aūt q phūs ex his oīb⁹ ꝙ his habē vult q mot⁹ aliqñ est uelox aliqñ est tardius ⁊ hoc uel est dr̃ia medij uel est dr̃ia mobilis. Sed si eēt dare uacuū nullus eēt mot⁹ uelox neq3 tardus. ergo ipossibile est uacuū eē. ℭ Notādū etiā antiquos phos posuisse uacuū ꝓpter motū: q2 ergo mot⁹ circularis nō requirit spatiū. s3 solū mot⁹ rect⁹ videt esse ille mot⁹ per quē antiq ponebāt uacuū. iō phūs spāliter iprobat uacuum ex parte grauiū ⁊ leuiu3 que mouentur motu recto. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Id igitur in quo est. a. aut mouebit per b. qō. a. in quo. c. tempore ꝑ ip3 aūt. d. cū sit subtili⁹: sed equalis lōgitudo est ipsius b. que est ipsius. d. s̄m analogiam ipedientis corporis. Sit eni. b. qdem aq̄. d. vo aer. Quanto igit subtilius aer aqua ⁊ incorporalius: tanto citius. a. per. d. mouebit q̃ per. b. Habeat igit eandem rationem: quam qdem distat aer ab aqua: uelocitas ad uelocitatem. Quare si dupplici

ter subtile est:in duplici tempore quod ē
ipm.b.transibit q̄3.d.Et erit in quo est.c.
tempus duplex eo in quo est.c.Et semp
iam quātūcūq3 sit incorporalius ꝛ min⁹
impeditum:ꝛ bene diuisibilius per quod
fertur:citius mouebitur.Uacuum autez
nullam habet rationez qua excellat sub
pleno:sicut neq3 nihil ad numeruz.

C Ostenso quomodo oportet esse uelocitatē ꝛ tardi
tatē in motu:aut ex parte medij:aut ex pte mobilis
in pte ista ex huiusmodi uelocitate ꝛ tarditate osn
dit q̄ impossibile est esse uacuū circa q̄ð duo facit
ſm q̄ uelocitas ꝛ tarditas dupliciter hñt sumi.s.
ex parte medij ꝛ ex parte mobilis.primo ergo ad
ducit huiusmodi demōstrationes sūptas ex parte
medij.secūdo sūptas ex parte mobilis ibi⌊ ſ3 aūt
horū que ferunt.⌋Circa p̄mū duo facit ſm q̄ du
pliciter pbat intētū.p̄mo enī pbat hoc demonstra
tione ostēsiua.secūdo demonstratione ducente ad
impossibile ibi⌊ sed per subtilissimū.⌋ Circa p̄mū
duo facit:q2 p̄mo adducit dictā demōstrationē.se
cūdo q̄ðdā q̄ð supposuerat declarat ibi⌊ Si enim
quatuor.⌋Dicit ergo illud ergo in quo est.a.mobi
le q̄ð significatur per.a.mouebitur per.b.i.per ali
q̄ð mediū utputa per aquā.tēpus aūt q̄ð apponit
in tali motu sit in quo.c.per ip3 autem .d.i.per ali
ud mediū utputa per aerē cū sit subtili⁹ si eq̄lis sit
lōgitudo ipsius.b.que est ipsius.d.mouebitur per
ipm.d.ſ3 analogiā impedientis corporis.tāto eni3
citi⁹ mouebit a mobile per.d.q̄3 per.b.quanto.d.
est subtilius.b.sit ergo.b.quidem aqua.d.vō aer
quanto igit subtili⁹ ꝛ incorporali⁹ est aer q̄3 aqua
tāto citius.a.mouebit per.d.q̄3 per.b.hāc ergo ra
tionē.i.pportionem quam.i.ſm quam ut hēt alia
littera distat aer ab aqua habebit uelocitas mo-
tus facti in aerem ad uelocitatem motus facti in
aqua:quare si dupliciter subtile est aer q̄3 aqua in
duplici tpe q̄ð est ipsum.e.transibit a mobile.b.q̄3
d.ꝛ erit tēpus in quo est.c.i.tēpus in quo transit
b.duplex ex tpe in quo trāsit.d.q̄ð tēpus designa
tur per.e.ꝛ semp quātūcūq3 mediū sit in.e.corpo
rali⁹ ꝛ min⁹ impeditiuū ꝛ bene diuisibili⁹ ꝛ q̄ð me
diū fertur mobile citius ꝛ ueloci⁹ fertur per ipsū
uacuū aūt nullā habet rōnē.i.pportionez qua ex
cellatur sub pleno.sicut neq3 nihil habet propor-
tionem ad numeruz in uacuo.ergo q2 nihil est ibi
impediēs nullu3 requiretur ibi tempus:mot⁹ ergo
in uacuo neq3 erit uelox neq3 tardus:immo nullus
erit ibi mot⁹ cū de ratione motus sit q̄ fiat in tpe.
C Deinde cum dicit.

C Si enim quatuor tria excellūt vnū.plu
ribus autem duo ꝛ adhuc vnuz plurib⁹
q̄3 duobus.Nihil autem nō amplius ha
bent rationez quā excellunt.Necesse est
enim diuidi excellens in excellentiam:ꝛ
in id quod excellitur.Quare ꝛ quatuor
in q̄ztūcunq3 excellunt ꝛ nihil.Unde ne
q3 linea punctum excellit:nisi compona
tur ex punctis.Similiter autem uacuum
ad plenum nullā possibile est habere ra
tionem ergo neq3 ad motum.

C Declarat q̄ð supposuerat.Supposuerat eni3 q̄ ni
hil ad numerum nulla est proportio:ideo ait q̄ si
quatuor excellent trib⁹.i.habet excellentiā ad tria
vnum.i.ſm vnum.pl'i aūt excellunt duo:quatuor
enim plus excellunt duo q̄3 tria ꝛ adhuc vnū ex-
cellunt plura.i.in pl'i duobus.Sed ipsi⁹ nihil non
habēt ampli⁹ rationē.i.proportionē qua excellār.
Necesse est enī omne excellēs diuidi in excellen-
tiam ꝛ id q̄ð excellit.quatuor enī si habēt excellē-
tiam ad tria ꝛ excellūt tria in vno oportet quatu-
or cōponi ex trib⁹ ꝛ vno:quare si quatuor habent
proportionē ad nihil erunt quatuor quantacunq3
excellūt ꝛ nihil.erit ergo de cōpositione ipsorū q̄ð
est inconueniēs.Nullus ergo numerus hēt pporo
tionē ad nihil cū nō cōponat ex nihilo:neq3 linea
excellit pūctū cū neq3 cōponat ex punctis.Simi
liter aūt uacuū ad plenū nullam possibile est habe
est rationē idest proportionem.ergo neq3 motum
factū in uacuo possibile est habere pportionē ad
motū factū in pleno.Si ergo in pleno sit motus in
tpe uacuo fiet nō tpe.erit ergo huiusmodi motus
neq3 uelox neq3 tardus imo ut dictū est si ponat
uacuuz tollit mot⁹:q2 ut dicebat de ratione mot⁹
est q̄ tpe mensuret.C Dubitaret forte aliqs utrū
tota causa quare requirit tēp⁹ in motu sit resisten-
tia medij.ꝛ videt q̄ nō:q2 corpora celestia nō ha
bēt mediū retardans nec impediēs ꝛ tñ mouent
in tpe.oppositū vult phūs in littera qui ait eā pro
portionē eē motū factorū in diuersis medijs que
est ipoꝝ medioꝝ:ut quāto aer est icorpalior aqua
tāto mot⁹ fact⁹ in eo est citior ꝛ uelocior motu fa-
cto in aqua q̄ð nō est nisi tota ratio quare requira
tur tempus in motu sumeret ex parte medij.Di-
cendū q̄ quedā corpora mouent ex se quedā non
mouent ex se.quecūq3 enim mouentur ex se non
determinant ad vnam differentiā positionis tm̄.
Sed quodāmodo hñt q̄ moueant ad plures dif
ferentias positionis.aīal enim q2 mouet ex se mo
ueri habet ad plures differētias positionis.sic ēt
ꝛ celū:q2 ex se mouet quodāmodo mouet ad plu
res differentias positionis.Sol enim ꝛ alia astra
per motū celestē nō solū tendūt ab oriente in occi-
dens:sed per illū eundē motum ab occidēte reuer
tunt ad oriēs.ea vō que nō mouent ex se per se ꝛ
essentialr ſ3 suū motū naturalē ꝛ pprium determi
nant ad vnā differentiaz positionis tm̄ ut grauia
habēt tm̄ deorsum ꝛ leuia sursū.grauia enim per
suū motū naturalē ꝛ pprium motū nō habēt q̄ tē-
dant a sursū deorsū ꝛ a deorsū sursū.sed ex natura
sua determinant ut solū deorsū tendāt ꝛ leuia ut
solū sursū.Cū igitur querit utrū tota cā quare re-
quirit tēpus in motu sit impedimētū medij.Si lo
quimur de proprio motu grauiū ꝛ leuiū que non
mouentur ex se patet q̄ tota cā quare requirit tē-
pus in tali motu est impedimētū medij.grauia enī
nō sunt in potentia eēntiali ut sint deorsu3 imo ex
forma sua essentialiter ꝛ per se semp habēt q̄ sint
deorsū.generans enī quantū dedit graui de forma
grauis tātu3 dedit ei de loco deorsū.q̄3diu ḡ gra
ue hēt formā grauis tādiu eēntialiter ꝛ per se cō-
petit ei esse deorsum.grauia igit nunq̄3 sunt in po
tentia eēntiali ut sint deorsū:sed uł sunt actu deor
sum:uel si nō sūt actu ibi sunt solū in potētia acci-

dētali ut ibi existant. Nō eni pñt eē in potētia eēn
tiali ad talē locū cui ex se ꝛ eentialiter semꝑ habe
ant ꝙ ibi existant: sed cū aliquid respectu alicuius
est in potētia accidētali ad hoc ꝙ cōpetat ei illud
nō indiget nisi remouēte ꝓhibēs. qꝛ ergo grauia
sunt in potentia accidētali ut sint deorsū si tollaẜ
ꝓhibēs ꝛ īpediēs stati erūt deorsū. ꝛ qꝛ īpediens
ꝛ ꝓhibēs in tali motu est solū corp⁹ mediū. ideo
tota cā quare requirit tp̄s in motu grauiū ꝛ leui-
um est resistentia medij: patet ergo qd dicēduȝ sit
de motu taliū. Sed si nō sit qō de motu grauiū ꝛ
leuiū sed de motu coꝝ que mouenẜ ex se talia ſm
ꝙ h⁹ non hñt ꝙ sint in vno loco tm̄. Sol eni non
hēt de se ꝙ semꝑ sit in oriente uľ ꝙ semꝑ sit in oc
cidēte. cū ergo est in oriēte ad hoc ꝙ sit in occiden
te nō est in potētia accidētali solū. nō ergo loquen
dū est de motu celi uel de motu solis sicut de mo-
tu grauiū uel leuiū. grauia eni cū sunt sursū: qꝛ de
se semꝑ hñt ꝙ sint deorsū si tollaẜ oē impediēs sta
ti erūt deorsū. Sol ṽo cū est in oriente qꝛ de se non
hēt ꝙ sit semꝑ in occidēte si tollaẜ mediū īpediēs
nō stati erit in occidēte ꝓpter qō in motu grauiuȝ
ꝛ leuiū tota cā quare requirit tp̄s est resistētia me
dij. Sed in motu celestiū ꝛ astroꝝ ꝛ uľr in motu
coꝝ que mouenẜ ex se tota cā quare requirit tēpus
nō est īpedimētū medij ut patet per habita. ¶ Ul
teri⁹ forte dubitaret aliqs utrū quātitas spatij fa-
ciat ut requiraẜ tp̄s in motu. vꝫ ꝙ sic ſm pħȝ si eq̄
lis est lōgitudo ipsi⁹. b. que est ipi⁹. d. mot⁹ facti in
eis habebūt eandem ꝓportionē quā habēt ipsa
media. videẜ ergo uelle pħs ꝙ lōgitudo ipi⁹ medij
aliqd faciet ad hoc ꝙ mot⁹ citius uel tardius cō-
pellaẜ. imo si pħs nunꝙ hoc uellet videm⁹ ad sen
sū ꝙ in maiori spatio plus apponiẜ de tp̄e ꝛ in mi
nori min⁹ qō nō eēt nisi quātitas spatij aliqd face-
ret ad hoc ꝙ ibi requireret tēpus. Dicēdū ꝙ mo-
tus localis minus hēt de trāsmutatiōe mobilis ꝙ̃
aliqs ali⁹ mot⁹. per huiusmodi eni mot⁹ min⁹ trā-
mutaẜ mobile quātū ad suā sbstāiā ꝙ̃ per aliquē
aliū motū. qō ergo nō facit ad exigētiā tp̄is i alijs
motib⁹ multo min⁹ facit in motu locali. videm⁹ eni
ꝙ cā quare in motū ad formaȝ requirit tēp⁹ nō est
quātitas: sed est contraria dispositio existēs in mā
si eni mā eēt sufficienter disposita ad aliquā formā
ꝛ nō haberet cōtrariā dispositionē illi forme in il-
lo instāti in quo appropiquaret sufficiēs actiuū illi
materie induceret talis forma tota illa mā nec re-
ferret utꝝ mā illa eē pue ꝙ̃titatꝭ uľ magne. qꝛ ꝙ̃te
cūqꝫ ꝙ̃titatꝭ eēt p approximationē ad sufficiēs acti
uuȝ ꝛ in istāti susciperet debitā formā. videm⁹ eni ꝙ
qꝛ aer nō habet cōtrariā dispositionē adinuicē in
illo instāti in quo appropinquat sol. ad emisperiuȝ
nostrū sol illuminat totā ꝑtē aeris sibi obiectam. si
cut ergo est in motu ad formaȝ sic suo modo est in
motu ad ubi. ꝓpter qō sicut rōne ꝙ̃titatis nō req
ritur tp̄s in motu ad formam. sed ratione cōtrarie
dispositionis: sic in motu ad ubi nō requirit tp̄s ra
tione quātitatis spatij sed ratiōe resistēue uel rōne
īpedimēti medij. hoc ergo in motu grauiū ꝛ leuiū
facit mediū īpediens qō in motu ad formam facit
cōtraria dispositio in subiecto. quare si esset aliqō
spatium uacuuȝ ꝛ in eo tolleret omne mediū resi-
stens mobile ptrāsiret illud spatiū in nō tp̄e. dice-
rem⁹ eni ꝙ sicut lux multiplicat se in nō tp̄e in to-
to medio qꝛ nō inuenit in eo cōtrariā dispositionē
sic si esset spatiū uacuū corp⁹ graue uel leue transi-
ret illud in nō tp̄e qꝛ nō inueniret ibi corp⁹ mediū
īpediēs ei⁹ motū. ¶ Qō ṽo obijciebaẜ ꝙ magnuȝ
spatiū nō citi⁹ pertrāsiẜ ꝙ̃ ꝑuum. Dicēdū hoc ideo
cōtingit quia in magno spatio plus est de corpore
medio īpediēte ꝛ retardāte motū ipsi⁹ mobilis ꝙ̃
in spatio paruo. Sed si tolleret omne corp⁹ mediū
non citi⁹ pertrāsiret paruū spatiū ꝙ̃ magnū. Sic
eni videm⁹ in motu ad formā ꝙ ubi est contraria
dispositio in subiecto nō oportet ꝙ agens simul in
ducat formā in toto spatio. citi⁹ eni calefit pars ae
ris propinqua igni ꝙ̃ remota. Sed ubi nō est con
traria dispositio in instanti fit inductio forme in to
to passo ut patet in illuminatione aeris ubi nō pri⁹
illuminaẜ ps medij ꝙ̃ totū mediū. quantitas ergo
maior in motu ad formā nō requirit magis de tp̄e
nisi qꝛ magis hēt de contraria dispositione. cū igiẜ
hoc faciat corpus mediū īpediēs in motu grauiuȝ
ꝛ leuiū qō facit cōtraria dispositio in motu ad for
mā maior ꝙ̃titas spatij iō requirit plus de tp̄e: qꝛ
plus est ibi de medio corp̄e īpediēte. Sed si pone
ret eē uacuū ꝛ tolleret oē corp⁹ mediū īpediēs nō
citius ptransiret ꝑuū spatiū ꝙ̃ magnum. qꝛ in nō
tp̄e ptrāsiret utrūqꝫ: sicut nō citi⁹ illuminaẜ parua
pars aeris ꝙ̃ magna sed utraqꝫ lumē recipit in in-
stanti. ¶ Ulteri⁹ ad maiorē euidētiā dictorū dubi
taret forte aliqs utrū in uacuo esse mot⁹ in instāti
videẜ ꝙ nō: qꝛ lȝ in uacuo nō sit assignare mediuȝ
corpis qꝛ uacuū est spatiū priuatū corp̄e est tm̄ ibi
assignare mediū spatij. Si ergo aliqō corp⁹ mobi
le ptransiret aliqō spatiū uacuū aut in eodē instāti
eēt in medio ꝛ in fine illi⁹ spatij. aut in alio ꝛ alio in
stanti. Nō est dicere ꝙ in eodē instāti: qꝛ vnum ꝛ
idē corp⁹ diuersis locis localiter simul ꝛ semel eē
nō pōt. ergo hoc erit in alio ꝛ in alio instāti. Sed
inter quelibet duo instātia cadit tp̄s mediū erit er
go huiusmodi mot⁹ in tēpore. Dicēdū ꝙ auēpace
ut cōmētator narrat distinxit duplex tp̄s in motu
vnū naturale ꝛ aliud supadditū. naturale eni tēp⁹
sumiẜ in motu ex distātia terminorū. supadditū au-
tē tp̄s accipiẜ ex resistentia medij ſm hanc opinio-
nē cū queriẜ utrū mot⁹ in uacuo fiat in nō tp̄e. dici
debet huiusmodi motū fieri in nō tp̄e quātū ad tē
pus qō ibi requiriẜ ex resistētia medij. sed nō fit in
tēpore quātum ad id qō ibi requiriẜ ꝓpter distan
tiam terminorū. mouit aūt auēpace mot⁹ supcele
stiū corpoꝝ qui fit in tp̄e nec tm̄ est ibi resistētia me
dij: vnde ſm ip̄m in motu supercelestiū solū requi
riẜ tēpus naturale qō accipiẜ ꝓpter distantiā ter-
minoꝝ. Sed in motu grauiū requiriẜ ēt ꝓpter resi
stentiā medij: qō si fieret talis mot⁹ in uacuo omni
no tolleret tale tp̄s nō tm̄ ꝓpter lȝ huiusmodi mo-
tus fieret in nō tp̄e qꝛ adhuc requireẜ ibi tp̄s pro-
pter distantiā terminoꝝ. Sed hec positio est ꝯtra
mētē pħi ꝛ negat ꝓpositiones per se notas cōtra
mentē pħi est qꝛ ſm ip̄m eandē rationē ꝛ ꝓportio
nē quā habēt media adinuicē hñt uelocitates mo
tuū factoꝝ in illis medijs. sicut eni se hēt mediū ad
mediū sic se hēt tp̄s qō reqriẜ in motu vni⁹ medij
ad tp̄s qō requiriẜ ad motū alteri⁹ medij. ut si acci
piaẜ equale spatium uel equalis lōgitudo aeris ꝛ
aque si aer est duplex subtili⁹ ꝙ̃ aqua in duplo tp̄e
transibiẜ aqua ꝙ̃ aer. sed ſm ꝯ^{tes} ꝛ ſm ṽitatē quan
do alique ꝙ̃titates sūt ꝓportionales si utriqꝫ illa
rū addaẜ equalis quātitas non ulterius remanēt

in illa proportione:ut si octo est duplū ad quatuor si utriq3 illoꝝ addat numer⁹ binari⁹ non ulteri⁹ reseruabit ibi ꝓportio dupla. decē eni nō sunt duplū ad sex quare si tp̄s retardationis in aqua est duplū ad tp̄s retardationis in aere q: aer posit⁹ est duplo subtilior q̄ aqua. Sed utriq3 tp̄i retardationis addat equale tp̄s ꝓpter equalē distantiā terminorū: q: positū est ꝙ aeris ⁊ aque accipiat eq̄le spatiū uł longitudo equalis tali additione facta nō ulterius reseruabit ibi proportio dupla. nō ergo ueꝝ erit ꝙ tp̄s qd̄ requirit in motu aque sit duplū ad tp̄s qd̄ requirit in motu aeris: dato ꝙ aer sit duplo subtilior q̄ aqua. cui⁹ oppositū simpliciter ph̄us asserit. Cū eni in huiusmodi motu ſm hūc modū dicendi requirat duplex tp̄s unus retardationis propter ipedimētū medij. aliud naturale ꝓpter longitudinē spatij: q: tp̄s retardationis erit duplū tp̄s naturale erit equale. Sequit ut patet per habita ꝙ tēpus cōpositū ex duplo ⁊ equali nō ulteri⁹ habeat proportionē duplā: ut si tp̄s retardationis in aqua sit quatuor horarū tp̄s naturale sit unius hore totū tp̄s qd̄ requirit in tali motu erit quinq3 horarū Si ergo accipiat tāta longitudo aeris quāta aque tp̄s retardationis aeris erit duarū horarū cū positus sit aer duplo subtilior aqua tēp⁹ naturale erit uni⁹ hore q: equalis est proportio utriusq3. totū ḡ tp̄s qd̄ requirit in tali motu erit triū horarū. tēporib⁹ ergo retardationū que sūt in ꝓportiōe dupla: q: unū est q̄tuor horaꝝ ⁊ alia duarū addita est eq̄lis quātitas: q: addita est una hora qd̄ est tp̄s nāle qd̄ reqrit ꝑ longitudinē spatij. Nō ḡ remanebit ibi ulteri⁹ ꝓportio dupla. q̄nq3 eni nō sī duplū ad tria nō est ḡ simplr̄ ueꝝ qd̄ ph̄us simplr̄ asserit. videlicet ꝙ sit ꝓportio tēporū s3 ꝙ est ꝓportio mediorū ut hēret mens ph̄i. Si q̄s dicēt ꝙ sufficiēter cōtradicat antiq̄s ph̄is ꝙ sola tp̄a retardationes hūt ſm proportionem medioꝝ. Nā in fine hui⁹ capituli plane cōcludit ph̄s ꝙ ecōtrario debeāt ph̄i dicere: q: si eēt uacuū nō esset mot⁹. uult eni plane ꝙ in uacuo nō sit mot⁹ in tp̄e ⁊ per cōsequēs ꝙ nō sit ibi mot⁹. Ꝯdicit ergo hec positio menti philosophi negat ēt ꝓportiones per se notas. per se eni notū est qd̄ si tanta virt⁹ mouet tātū per tantū spatiū in tanto tp̄e dupla virt⁹ mouebit illud mobile per eundē mediū in medietate tēporis. Cū3 igit maioritas virtutis solū scindat magis medium nō autē faciat magis appropinquare terminos ꝓpter ipā3 distantiā terminoꝝ s3 ꝙ huiusmodi nō reqrit tp̄s tunc falsa esset ꝓpositio predicta ꝓpter q̄ntitatē spatij nō reqrit tp̄s. sed ꝓpter resistētiā uel ꝓpter ipedimētum medij. dicam⁹ ergo cum cōmētatore ꝙ tēpus in motu requiri pōt uel ꝓpter resistentiā mobilis uel propter ipedimētum medij uel ꝓpter utrūq3. eo eni ipso ꝙ mobile est distinctū a motore ⁊ est in loco alio q̄ motor uelit intelligit ibi esse quedā resistentia ⁊ requirit ibi tp̄s. in motu autē grauiū ⁊ leuiū solum requirit tp̄s ꝓpter medij impedimētū. nō autē ꝓpter resistentiā mobilis. nam cū ibi ratio mouendi sit forma q: forma abstracta ab huiusmodi corpibus grauib⁹ uł leuib⁹ nō remanet nisi materia: q: materia non hēt per qd resistat in motu taliū nō pōt requiri tēpus ꝓpter resistentiā mobilis sed solū propter impedimētū medij ꝙ si dicat ꝙ abstracta forma si non remanet materia cum qualitate: q: qualitas se tenet ex parte forme remanet tn̄ materia cū quātitate: q: quātitas se tenet ex pte mā̄e ut patet ꝑ habita ꝓpter hoc nō requirit ibi tempus. nā ut ostensū est ratione quātitatis nō requirit tp̄s in motu nisi ipsam quātitatē cōmittet aliqua cōtraria dispositio uel aliqua resistentia uel aliqd̄ aliud impedimētū. cū ergo querit utrū in uacuo esset motus in nō tp̄e. dicēdū ꝙ motus ille qui requirit tp̄s solū ꝓpter resistentiā medij cuiusmodi est mot⁹ grauiū deorsū uel leuiū sursū fieret in nō tp̄e. Sed motus ille qui requirit tp̄s ꝓpter resistentiā mobilis cuiusmodi est mot⁹ violentus ⁊ mot⁹ aīaliū uel motus coꝝ que mouētur ex se huiusmodi motus fieret in tp̄e. in talibus eni mobile uel intelligit esse actu distinctū a motore uel intelligit habere aliquā resistentiā ad ꝑ̄sam ⁊ requiritur ibi tp̄s nō solū ꝓpter ipedimētū medij. sed propter resistentiā mobilis. Signāter ergo ph̄us uolēs ꝓbare in uacuo nō esse motū ⁊ ꝙ ille mot⁹ nō fieret in tp̄e arguit de grauib⁹ ⁊ leuib⁹: q: ut dictū est mot⁹ taliū in uacuo fieret in instāti. qd̄ vo obijciebat q: si ponat aliqd̄ mobile transire aliqd̄ spatiū uacuū aut in eodē instanti erit in medio ⁊ in fine illi⁹ spatij: aut in alio ⁊ alio instāti. dicēdū ꝙ de hac materia capitulo de tempore diffusius tractabimus ibi enim ostendemus si fieret motus in uacuo quomodo fieret in instanti.

Lectio. XIIII.

Sed si per subtilissimum in tāto talisq3 fertur per uacuum: omnem exuperat rationez.

¶ Postq̄ ex parte uelocitatis ⁊ tarditatis in motu ꝓbauit ph̄s q̄si ostensiue ꝙ nō est dare uacuū ꝓpter motū: q: tūc nullus esset mot⁹. in parte ista ꝓbat hoc idē demonstratione ducente ad impossibile circa qd̄ tria facit. q: primo premittit quādā suppositionē necessariam ad suppositū. secūdo suppositione premissa exponit in terminis demonstrationem quā intendit. tertio summatim ⁊ breuiter assignat causam eorū que dixerat. secunda ibi [sic eni ⁊ uacuū.] tertia ibi [sed sicut in cap̄.] Dicit ergo ꝙ si aliquid per subtilissimū mediū ferat in tanto ⁊ in tali tempore si fertur per uacuu3 omnem exuperat rationem: est ergo suppositio ꝙ nunq̄ potest esse mediū adeo subtile q̄n per uacuū ferratur citius q̄ per tale mediū. Nam cum uacuum ad remotionem impedimenti exuperet omnem rationem pleni: q: semper est minus impeditiuum uacuū q̄ plenū semper in minori tp̄e ferret aliquid in uacuo q̄ in pleno. ¶ Notandū aūt ꝙ hec suppositio est necessaria ad demonstrationē sequentem. vult enim philosophus ostendere ꝙ uacuu3 transeatur in nō tempore: ꝙ siquis diceret uacuum transiri in tempore duceretur ad hoc inconueniens ꝙ in equali tēpore transibitur uacuum ⁊ plenum quod est impossibile ut patet per suppositionē predictā. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sit eni. z. uacuū. Equale autem magnitudine his que sunt. b. ⁊. d. A ergo si transibit ⁊ mouebitur per. z. in quoda3 quidē tempore quod est. i. Sed in minori q̄ in quo est. e. ⁊ hanc habebit rationem uacuū ad plenum. Sed in tanto tempore

quãtũ est in quo est.i.ipsius.d.a.transibit subtilius. Transibit aũt: si sit aliquid subtilitate: differẽs ab aere in quo est.z.ƒz hãc proportionẽ quaz tempus habet in quo est.e.ad tẽpus in quo est.i. Si enim in tãto subtilius est corpꝰ in quo est.z.ipso.d. quantuz exuperat.e.ipsum.i.trãsibit ecõtrario velocitatẽ in tãtũ quantũ.i.ipsuz.z. qđ est in quo est.a.si ferat. Si igit nullum sit corpꝰ in quo est.z.adhuc velocīꝰ pertrãsibit qm̃ ⁊ sicut prius: sed erat in quo est.i. Quare in equali tẽpore trãsibit qđ est plenũ ⁊ vacuũ. Sed impossibile est. Manifestuz est igit ꝙ si fuerit aliquod tempus in quo per vacuuz quodlibet ferť: accidet hoc ĩpossibile. Inequali eñi accipiet: ⁊ qđ plenum est: trãsire aliquod ⁊ vacuum. Erit enim aliquod analogum corpus alteruz ad alterum ut tempus ad tempus.

¶ Exponit demonstrationẽ in terminis ostẽdẽs ꝙ si ponať vacuũ transiri in tpe sequiť hoc ĩpossibile ꝙ in equali tempore trãseať vacuũ ⁊ plenũ: ideo ait. sit eñi.z.i.vacuũ qđ sit eq̃le magnitudine.i.ƒm magnitudinẽ his que sunt.b.⁊.d.a.igiť si trãsibit ⁊ movebiť per.z.i.per vacuũ in quodã quidẽ tpe qđ est.i.sed in minori quidẽ tempore q̃z in quo est e.diceret eñi adversariꝰ ꝙ in vacuo est motꝰ q̃z.e. in quo transitur.b.vel.d.que sunt quidẽ plenuz ꝙ si ita est vacuũ ad plenũ habebit hanc rationez.i. hãc proportionẽ quã habet.ƒ.i.ad.e. Sed hoc posito in tanto tpe quãtũ est in quo est.i.a mobile trãsibit corpus subtilius ipsiꝰ.d.i.ipso.d.poniť enim ibi genitivꝰ pro ablativo erit eñiz aliquod corpꝰ tãto subtilius ipso.d.q̃ztum.e.excedit.i.qđ transibiť in.i.idest transibiť in equali tpe cũ vacuo qđ est impossibile. Qđ aũt mobile trãsibit in equali tẽpore vacuũ ⁊ plenũ patet: q2 si corpꝰ in quo est.z.sit aliquid subtilitate differens ab aere ƒm hãc ꝓportionẽ quã hẽt tẽpus in quo est.e.ad tẽpꝰ in quo est.i. mobile transibit in equali tpe vacuũ ⁊ plenũ. Nã si corpꝰ in quo est.z.est tãto subtiliꝰ ipso.d.vel ipso aere quantũ tempus.e.exuperat ipsuz.i.transibit econverso velocitate.i.ƒm velocitatẽ in tanto tpe quantũ est.i.mobile.ergo qđ est in quo est.a.si feratur exuperat.i.transibit ipm.z.supple.i.equivocat aũt phs in.z.q2 primo accepit.z.pro vacuo. hic aũt accepit.z.pro corpore qđ sit tanto subtilius.d. quantũ.e.in quo transibiť.d.exupat.i.qđ ponebatur esse tempus in quo vacuũ transiebať ꝓpter qđ sequebať ꝙ in equali tpe ut in.i.transeať.z.qđ est corpꝰ subtilius aere ⁊.z.qđ est vacuũ qđ est ĩpossibile.ideo subdiť. Si igiť nullũ sit corpꝰ in quo est z.si.z.ponať esse vacuũ ad hoc velociꝰ trãsibit ⁊ vacuũ q̃z.z.plenũ.sed erat in quo est.i.i.ponať quod ⁊ vacuũ transireť in.i.in quo sicut ostensũ est transibiť.z.plenũ quare in eq̃li tpe mobile trãsibit qđ est plenũ ⁊ qđ est vacuũ. Sed hoc est impossibile ut dictuz est. manifestũ est igiť ꝙ si fuerit aliquod tempus ipsius vacui in quo ferť quolibet.i.qđcunq̃z mobile accidet hoc impossibile: q2 capietur aliqđ mobile transire in eq̃li tpe qđ est plenũ ⁊ qđ est vacuũ. erit ergo aliqđ corpꝰ analogũ ad alterũ corpus ut tẽpꝰ se habet ad tpe. ¶ Notandũ aũt totã vim rationis huiusmodi nihil cõsistere ꝙ si ponať vacuũ transire in tpe sed in minori q̃z plenũ utputa si aer transitur in.x.horis vacuũ aũt in una hora: q2 inveniet aliqđ corpus qđ hẽbit hanc analogiam ad aerem quaz habet tempus in quo transiť vacuũ qđ patet in igne. nã sicut.x.hore sunt decuplũ ad unã horã: sic ignis est decuplũ subtilior aere. quãtũ ergo de aere trãsibiť in.x.horis tãtũ de igne transibiť in una hora. Sed una hora erat tps in quo trãsiebať vacuũ: ergo in equali tpe trãsibiť ignis qđ est plenũ ⁊ ipz vacuũ qđ est incõveniẽs. ¶ Notãdũ etiã ꝙ aũt si accipiať corpus tanto subtilius ipso.d.vel ipso aere quantũ.e.superat.i.trãsibit ecõverso velocitate q2 est modus cõversus in subtilitate corporis ⁊ in magnitudinẽ tpis: q2 quãto est corpus magis subtile tãto est minꝰ tẽpꝰ in quo transitur. ¶ Notandũ etiaz ꝙ si hec ratio Aristo. debet esse vera ꝙ credendum est ꝙ sit vera ut patet per dubitationes premissas oportet ꝙ tota ratio quare requiriť tempus motu gravium ⁊ leviũ sumať ex impedimento medij. nam cum requirať plus de tpe cum transiť medium grossum q̃z cum transitur subtile: q2 illud plus impedit si simpliciter ⁊ absolute loquendo sic se hẽt tps in quo trãsitur mediũ grossum ad tẽpus in quo transiť subtile sicut se habẽt ipsa media adinvicẽ oportet ꝙ simpliciter ⁊ absolute loquendo tota causa quare requiritur tempus in talibꝰ motibus sumať ex resistentia medioꝝ. ¶ Dubitaret forte aliqs: q2 si tota causa quare requiriť tẽpus in talibꝰ motibus sumitur ex ĩpedimento medij videť ꝙ in spera activorũ ⁊ passivorũ nullus sit motꝰ nõ ĩpediẽs. ergo nullus est ibi motus naturalis quod est incõveniẽs. Dicẽdũ ꝙ ƒm cõmẽtatorẽ ex tali impedimẽto nõ tolliť naturalitas istorũ motuũ. est eñi de rõne taliũ motuũ ꝙ fiãt cũ ĩpedimẽto medii. qđ eñi est de ratione alicuius non tollit naturam eius nec facit ipsuz eẽ naturale. ¶ Vel possumus dicere sicut dixerũt aliqui magni ⁊ bene ꝙ motꝰ naturalis graviuz ⁊ leviũ incipit a loco non naturali ⁊ terminať ad locum naturalem: q2 ergo gravia ⁊ levia in toto motu sunt in loco nõ naturali. in termino aũt motꝰ sũt in loco naturali. Nõ est incõveniens si in toto motu habẽt aliquid de innãlitate admixtũ. ĩpedimẽtũ ergo medij lz simpliciter nõ tollat naturalẽ motus aliqua materia tñ innaturalitatem dicit. hanc aũt innaturalitatẽ cõcomitari motũ naturalẽ non est incõveniẽs: q2 quãdiu aliquid moveť naturaliter tamdiu est in loco innaturali. Si eñi grave vel leve esset in loco naturali inde ƒz motũ ꝓpriũ naturaliter moveri non posset. ¶ Possumus aũt tertio respondẽ ⁊ dicere ꝙ de rõne graviũ ⁊ leviũ est ꝙ moveant seipsa per accidẽs qđ ideo cõtingit: q2 movent seipsa removendo ꝓhibẽs ⁊ scindendo mediũ. Si ergo movent seipsa per accidẽs in toto motu oportet motũ habere aliqđ ꝓhibẽs ⁊ habere aliquid de impedimẽto admixto. nõ ergo hoc facit motũ innaturalez q2 de ratione gravium ⁊ levium ƒm motum naturalem sit ƒm seipsa movere. ¶ Ulterius dubitaret aliquis q2 in demonstratione premissa videť supponere ꝙ est invenire corpꝰ ita rarum ⁊ ita subtile respectu cuiuscũq̃z corporis

ret per ipsuȝ pluribuȝ ꝗ̃ palea qḋ est oīno absurdū. ¶ Notādū etiā ꝙ aīt qꝛ ꝓicitū ⁊ qḋ ferť cit⁹ diuidit mediū aut figura aut inclinatiōe quā hēt: qꝛ duob⁹ modis fit uelocioꝛ diuisio medij. uel ꝓpter differentiā iclinationis ſ̃ꝫ ꝙ magis grauia magis diuidūt mediū: qꝛ magis iclinanť deoꝛsū ⁊ magis leuia magis sursū: aut hoc fit ꝓpter dūā figurarū ⁊ que sunt figure piramidalis aut rotūde cit⁹ diuidūt mediū ꝗ̃ habētia figurā latā. ¶ Dubitaret forte aliquis dato ꝙ in uacuo grauia ⁊ leuia moueanť eque uelociter qꝛ omnia mouebunť in nō tē pore utruꝫ in ipso uacuo animalia mouerentur ⁊ utrum mouerenť in nō tpe. videť aūt ꝙ sic. Nam qcqd sit de homine in alijs tamen animalib⁹ videť esse vna forma tm̄. cum ergo in eis forma se habeat ut motoꝛ: qꝛ abstracta foīa non remanet nisi mā cū mā nō habeat per qd resistat videť ꝙ in uacuo animalia mouerenť in non tpe sicut ⁊ grauia ⁊ leuia. Oppositum aūt huiusmodi vult ꝯ̄ᵒʳ ⁊ etiam oppositū huius ostēsum fuit supꝛa. Dicendum ꝙ forma substantialis lꝫ sit prima ⁊ ꝑncipalis ratio mouendi mouet tm̄ mediāte aliqua accidentali forma. dato ergo ꝙ in alijs animalib⁹ ab hoīe sit vna forma substantialis. vna tamē forma dupl'r cōsiderari pōt uel ut supplet viceꝫ forme mixti: uel ut est anima ut supplet formā mixti mouet mediāte grauitate. sed ut est anima mouet per appetitū. prout ergo anima mouet corp⁹ mediāte appetitu ex pte corpis mobilis se tenet grauitas per quaꝫ resistit mobile mouenti. inde est igiť ꝙ in motu animaliuꝫ cōuenit lassitudo in mēbris ꝓpter resistentiā ⁊ cōtrarietatē quā habet corpus ſ̃ꝫ grauitatem ad huiusmodi motū. Cū ergo querť utrū aīalia mouerentur in tpe in uacuo: dici pōt ꝙ si ille mot⁹ non esset mediante appetitu sed mediante grauitate utputa si animal caderet de alto deorsum in tali motu ideꝫ iudiciū esset de animali qḋ de alijs grauibus ⁊ leuib⁹. esset enī huiusmodi mot⁹ in non tēpore qꝛ nō haberet per quid resisteret mobile mouēti. Sꝫ si fieret talis motus mediante appetitu fieret in tēpore quia in tali motu grauitas se teneret ex parte mobilis per quā resisteret mouenti. cuꝫ ergo mot⁹ animalis ut animal est fit mediante appetitu qꝛ in tali motu requirit tps bene dictum est ꝙ in uacuo grauia ⁊ leuia mouerenť in instāti. animalia autē in tpe. ratione ergo temporis qḋ requireretur in motu animaliū possemus saluare uelocitateꝫ ⁊ tarditatē in huiusmodi motu. ¶ Ulteri⁹ cum dicit.

¶ Quod quidē igiť si uacuū sit accidat cōtrariū ꝗ̃ propter qḋ ꝓbāt eē uacuū: manifestū ex dictis est. Hi qdē igiť opinātur uacuū eē. Siqd erit ſm locū mot⁹ discretū ſ̃ꝫ se. Hoc aūt idē est ei qḋ est dicere locum esse aliquod separatū. Sed hoc qḋ sit impossibile esse: dictum est prius.

¶ Epilogat circa determinata dicēs ꝙ quidē igiť si uacuū sit accidat cōtrariū ꝙ ꝓpter qḋ probat uacuum esse manifestū est ex dictis. arguebant enim dicti pħi si motus est uacuū est. debebāt enī econtra dicere ꝙ nō est uacuū si est motus: ideo subdit qḋ hi quidem igiť opinātur uacuū esse si erit mot⁹ ſm locū. dicit aūt huiusmodi uacuū esse ſm se abstractum. i. diuisū ⁊ separatū a coꝛporib⁹ hoc autē idē est ei dicere locū eē aliqḋ spatiū separatū ſ̃ꝫ ꝙ hō esse sit ipossibile dictū est pri⁹. posset autē ex hoc formari quedā noua ratio sic. si uacuū eēt ut antiq dicebant loc⁹ eēt qḋdā spatiū separatū. sed hoc est impossibile ut ꝓbatū fuit in capitulo de loco. ergo impossibilis erat eorum positio.

Lectio. XV.

Et per se aūt cōsiderantibus videť e utiqꝫ dictū uacuum: sicut uere uacuum. Sicut eni in aq̄ si ponat aliquis cubū: distabit tanta aq̄ quāt⁹ est cubus: sic est etiā in aere. Sed sensui imanifestū est. Et semꝑ igiť in omni coꝛpe habenti transmutationē: ad qḋ est aptū natū mutari: necesse ē: nisi coeat trāsmutari aut deoꝛsū semꝑ: si deoꝛsū est motus sicut est terre: aut sursū: sicut ignis. Aut in utraqꝫ aut quale aliquid sit impositum.

¶ Postꝗ̃ pħs iꝓbauit uacuū ratione mot⁹. in parte ista improbat ipm ſm se. circa qḋ tria facit ſ̃ꝫ ꝙ triplicem ratione adducit ad ꝓpositū. secūda ibi [ampli⁹ autem manifestū.] tertia ibi [ampli⁹ aūt manifestū esse.] Circa ꝑmum duo facit: qꝛ primo ꝓmittit quedā necessaria ad ꝓpositū. secūdo ex illis arguit itētū ibi [in uacuo aūt.] Dicit ergo ꝙ per se considerantib⁹ de uacuo videbiť utiqꝫ dictū uacuū sicut uere uacuū. uacuū eni sicut ſm dictuꝫ ⁊ ſm nomē est uacuū ita ſm ueritatē ⁊ entitatē est uacuuꝫ. quia ſm ueritatē non est nec habet aliquā entitatē. nam sicut si in aqua aliquis ponat cubuꝫ distabit tanta aqua quantus est cub⁹. sic est etiā in aere: qꝛ si ponať aliqḋ coꝛp⁹ in aere opꝫ ꝙ cedat de aere ſm ꝗ̃titatē illius coꝛpis. sed ſm sensū est imanifestū. qꝛ nō ita est manifestus sensui aer sicut aq̄ semꝑ igiť in omni coꝛpe habēte transmutationē si ponať aliqḋ coꝛpus in primo necesse est ipꝫ trāsmutari ad id qḋ est aptū natū mutari nisi illud coꝛp⁹ coeat. i. cōdensetur in seipso. si eni ponať aliqḋ coꝛpus in aqua ul' aqua cōdensabiť in seipsa uel transmutabiť ⁊ cedet in illam partē in quā est apta nata cedere. h⁹ eni coꝛp⁹ in qḋ poniť aliḋ coꝛp⁹ ul' cedet sꝑ deoꝛsū si deoꝛsuꝫ est mot⁹ ei⁹. Aut cedet sursū sic ignis. aut cedet in utrāqꝫ ptē sicut est aer uel aqua ⁊ hoc aut quale aliqd sit ipositū coꝛp⁹: qꝛ qḋcūqꝫ sit coꝛpus illud qḋ poniť in alio coꝛpe: qꝛ vnū coꝛpus non cōpatiť secū aliud opoꝛtet ꝙ illud coꝛpus in quo poniť uel condenseť in seipso uel cedit in aliquā partem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In uacuo āt hoc qdē ipossibile est. Nullū eni coꝛp⁹ est. Sed per uacuū eq̄le spatiuꝫ trāsire videť: qḋ qdē erat pu⁹ in uacuo tanꝗ̃ si aqua nō cederet ligneo cubo neqꝫ aer: sꝫ oīa trāsirēt per ipsuꝫ. At uo cubus habet tantā magnitudinē: quantam cōtinet uacuū. Quod si calidū est: aut frigidum: aut graue: aut leue: nihil min⁹ alterum inesse ab oībus passionibus est: ⁊ si nō diuisibile sit ab illis. Dico autem coꝛ

pus lignei cubi. Quod ēt si separetur ab
omnibus alijs: ⁊ neq̧ graue neq̧ leue sit
cōtinebit equale uacuū: ⁊ in eadē erit que
est loci ⁊ uacui parte equali sibiipsi. Quid
igit distabit cubi corpus ab equali uacuo
⁊ loco. Et si duo huiusmodi sūt, ꝓpter qd
nō quilibet in eodem erunt. Unū quidē
igitur hoc inconueniens ⁊ ipossibile est.

¶ Ex his que dixerat arguit intētum ⁊ dicit ꝙ in ua
cuo ipossibile est hoc eē. uacuū eniꝫ est nullū corp⁹
naturale. nō ergo pōt uacuum cedere ipsi corpori
qđ ponitur in ipso: sed uacuū videt transire ⁊ pene
trare equale spatiū corpus qđ qdē erat prius posi
tuꝫ in uacuo tanq̄ si aqua nō cederet cubo ligneo
nec aer hec omnia transibunt per ipsꝫ. q: ergo cub⁹
hēt tantā magnitudinē quantam cōtinet uacuū in
quo ponit cubus ⁊ dimēsiones uacui sūt simul cū
dimēsionib⁹ cubi. Sequit ergo ex hoc ꝙ duo cor-
pora possūt esse in eodē loco qđ est ipossibile. ideo
subdit ꝙ si corp⁹ cubum est calidum aut frigidum
aut graue aut leue nihilominus huiusmodi corp⁹
in esse diffinitiuo ⁊ sm rationē alterū est ab omni-
bus his passionib⁹ ⁊ sit. i. sm actuale esse nō sit di-
uisibile ab eis dico autē corpus lignei cubi. si enim
ex ligno fiet corpus cubū lꝫ huiusmodi corp⁹ non
posset sm actuale esse separari a passionib⁹ ligni sꝫ
tū esse diffinitiū esset alterū ab eis ⁊ huiusmodi cor
pori per se competeret occupare locum ⁊ resistere
alteri corpori. nō aūt hoc cōpeteret ei, ꝓpter huius
modi passiones: ideo subdit ꝙ si ēt huiusmodi cor
pus separetur ab omnib⁹ alijs passionibus ⁊ neq̧
sit graue: neq̧ leue continebit equale uacuū ⁊ equa
lem locum ⁊ huiusmodi corpus erit in eadeꝫ par
te que est loci uacui parte dico equali cubi: quia tā
tuꝫ de uacuo quāta est magnitudo cubi erit simul
cum cubo: quid ergo distabit corpus cubi equali
uacuo ⁊ loco idest ab equali uacuo quod ponitur
esse locus q̄si dicat non distabit sed simul erit hoc
cū illo. ⁊ si duo huiusmodi videlicet cubus ⁊ uacu
um sūt in eodē, ꝓpter qd nō quelibet. i. nō quecūq̧
alia corpora in eodē erūt vnū quidem. igitur inco-
ueniēs ⁊ impossibile si ponatur uacuū receptiuuꝫ
corpus hoc est: q: sequet ꝙ duo corpora possūt eē
simul in eodē qđ sm naturā est ipossibile. ¶ No-
tādū aūt pħm ꝓmisisse hāc positionē ꝙ si poneret
cubus aut aliqđ aliud corpus in aere uel in aqua
ꝙ cederet aer uel aqua sm quantitatē illius corpo
ris ut ostenderet ꝙ q: uacuū nō pōt cedere si pone
ret corp⁹ in uacuo oporteret dimēsiones uacui sub
intrare dimēsiones illius corporis. Nā si ex ligno
fieret cubus si huiusmodi cubus poneret in aqua
uel in aere si illa ei nō cederēt oporteret dimensio-
nes aeris uel aque subintrare dimensiones illius
cubi. cū ergo uacuū nō cedat corpori posito in ipso
oportebit dimēsiones uacui esse simul cum dimē-
sionib⁹ corporeis positis in ipso. ¶ Notādū etiam
vim rationis pħi in hoc cōsistere ꝙ corpus nō oc-
cupat locū ⁊ nō resistit alteri corpori ratione pas-
sionū: ut q: est calidū uel frigidū uel graue uel leue
sed hoc cōpetit ei ratione dimensionum. per se eni
est ꝙ dimēsiōes nō cōpatiunt secū dimēsiones ali
as propter hoc ꝙ dimēsiones simul cū alijs dimē
sionib⁹ esse non possunt. nam si dimensiones simul
cū dimensionib⁹ esse possent nō esset assignare cāꝫ
quare duo corpora non posset simul eē: q: ergo po
nentes uacuū esse locū receptiuū corporis ut patu
it oportet eos ponere ꝙ dimensiones simul possūt
esse cū dimensionibus. ideo sic opinantes incidūt
in hoc ipossibile ꝙ possūt duo corpora esse simul.
¶ Dubitaret forte aliqs quomodo uerū est ꝙ per
se cōpetit dimēsionisibus ꝙ alijs dimēsionib⁹ resi
stant. Dicēdum ꝙ hoc duplici via inuestigare pos
sumus. primo ex occupatione loci. secūdo ex cessio
ne corpoꝝ. prima via sic patet. Nā plura corpora
esse simul idē est qđ plura corpora esse in eodeꝫ lo-
co. ex hoc auteꝫ plura corpora in eodē loco esse nō
possūt: q: qđlibet corpus occupat totū locum suū
occupādo aūt totū illū locū in eodē loco aliud cor
pus esse non pōt. cā ergo quare corpus resistit cor-
pori ⁊ quare nō cōpatit secū aliud corp⁹ sumit ex
ipsa occupatione loci. id ergo per qđ habet corpus
¶ Ponit scđam hītudinē tp̄is ad motū dicēs ꝙ motui eē in tpe est mēsurari tpe ꝛ ip̄m eē ei⁹. sił enī ꝛ motū ꝛ esse mot⁹ mēsurat tp̄s ꝛ h̄ est ipsi motui eē in tpe mēsurari tpe eē ipsius mot⁹ ꝛ ēt ip̄m motū. sunt ergo due habitudines ipsius tp̄is ad motū. p̄ q: tp̄s mēsurat motū mēsurādo partē ei⁹. 2° q: mensurat ip̄m cū fm se q̄; fz esse eius. ¶ Dubitaret forte aliquis vñ est ꝙ tp̄s mēsurat motum mēsurādo partē eius. Dicēdū ꝙ tp̄s est mēsura quedā ꝛ hᵒⁿ mensura cōparari habet ad motū primū in quo est sicut in subō ꝛ ēt ad mot⁹ alios q̄s ꝯtinet tanq̄ mēsurata. triplici ergo via possumus ostendere ꝙ tp̄s mēsurat motuz mēsurando partē eius. pma via sumit ex eo ꝙ tp̄s est mēsura qdaz. 2ª ex cōparatione quā habet ad motū pmū. tertio ex ꝑportione quā habet ad mot⁹ alios. pma sic patet. Nam fm p̄hm 4° methaᶜᵉ semp mēsurā ponimus ad motū in quo nō sic de facili pōt cadere error: ꝛ q: in minori quātitate minus accidit deceptio q̄; in maiori semper mēsura videt habē rōnem quādā minimi. eo ergo ipso ꝙ tp̄s habet rationē mensure cōgruētius est ꝙ tpe mēsuremus motum particulariter ut ꝙ primo mēsuremus vnā partē motus. ꝛ postea aliam donec compleatur tota mensuratio motus q̄; ꝙ simul tpe mēsuremus totum motū. Nam sic mensurādo nō poneremus mensurā esse qđ minimū ꝛ magis nō ibi accideret deceptio. magis enī deciperemur mēsurādo totū simul q̄; mēsurādo ptem post partē. 2ª via sumit ex habitudine quā habet tēpus ad motū pmum. nihil enī mēsurat tpe nisi cōnectat. a tpe aūt motus primus fm totū suū eē nō cōtinet a tpe: si ergo tp̄s aliquo modo mēsurat motum illū oportet ꝙ mēsuret ip̄m mensurando ptes eius. 3ª via sumit ex habitudine quā habet tp̄s ad hos particulares mot⁹. l; enī aliquo modo tp̄s mēsuret motū primū. tamē nō est ꝑprie mēsura illius motus sed passio. mēsura aūt est alioꝝ motuū. dr ergo tp̄s mēsurare motū: q: mot⁹ partem mēsurat: quia mēsurat hos motus qui sunt quasi partiales respectu primi motus. prima tamen via magis est ad propositū ꝛ magis est de intētione p̄hi. ¶ Ulterius forte dubitaret aliq̄s utrū tp̄s mēsuret motum ꝛ esse eius. Dicendū ꝙ duplici via declarare possum⁹ ꝙ tp̄s mēsurat motū ꝛ eē mot⁹. prima talis q̄n aliqđ mēsurat aliq̄ mēsura: tūc mēsura proprie debet actui ꝛ nūc mēsure debet rei habēti illū actū. ut si euū est mensura subaꝝ sepataꝝ oportet ꝙ euū mēsuret actū taliū subaꝝ sepataꝝ ꝛ nūc cui mēsuret ipsam subam habentē talē actū. euū ḡ est mēsura itelligētie ꝛ nūc eui mēsurat subam habentē tale esse. Si etiā nūc tp̄is mensurat ip̄m mobile sed tp̄s mēsurat actū eius .i. mēsurat motū qui est act⁹ mobilis. est igit alia mensura ipsius rei ꝛ alia act⁹ eius: sed h̄ est q̄n res sic est distincta a suo actu ꝙ per cōparationē ad mēsurā nō hēt rōnes actus nec ei rñdet mēsura sed nūc mēsure: ut q: per cōparationē ad tp̄s hoc mō mobile est differēs a motu nō est eadē mēsura utriusq; ꝛ ēt suba itelligētie sic est differēs a suo esse nō eadē mēsura mēsurat substātia illa ꝛ esse ei⁹: sed ut dictum est illō mēsurat euo. suba aūt nūc eui. cū ergo mot⁹ sit ip̄e actus: q: est actus mobilis ꝛ cū motus per cōparationē ad mēsurā habeat rōnez actus: q: ip̄se motus mēsuratur tpe nō dabimus aliā mēsurā motui ꝛ aliā actui eius: nec dicemus ꝙ alia mēsura mēsuret mot⁹ ꝛ alia esse eius. motus enī ꝛ esse eius per cōparationem ad mēsurā nō habent diām. Nā si mot⁹ mēsurat tpe: q: est actus mobilis cū ex hoc hēat esse: q: est actus eius: nō alia mēsura mēsurabit mot⁹ ꝛ esse eius: ꝑpter qđ ꝛ si possit assignari dīa iter motū ꝛ esse eius per cōparationē. tn̄ ad mēsurā nō reperitur ibi .d. 2ª via sumit ex analogia ꝛ proportione quā habet mēsura ad mēsuratum. cū enim mensura debeat esse vnigena mensurato cū tp̄s habeat vnigeneitatē tam cū motu q̄; cū esse eius tp̄s erit mēsura utriusq;. motus enim nec manet fm se nec fm suū esse. sicut enim in tpe semp enim est pars posterior realiter alia a priori: sic ꝛ mot⁹ iā fm suā quātitatē q̄; fm suū esse pars posterior est realiter differēs a priori. ꝑpter ergo hāc vnigeneitatē vnius ad alterū tam motus q̄; esse eius mēsurat tpe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Manifestum autem ꝙ ꝛ alijs hoc est in tpe esse: mensurari esse ipsoꝝ sub tēpore.**

¶ Ostēdit quō mobilia mēsurant tpe. circa qđ duo facit f; ꝙ tp̄s duplicē habet habitudinē ad mobile. prima est q: mēsurat eē eius. scđa est q: cōtinet ip̄m. p̄ ergo ondit ꝙ tp̄s mēsurat esse mobiliū. 2° ꝙ cōtinet ipsa mobilia ibi⌊ in tpe enī.⌋ continuet

esse. cuz igit tempus sit mensura mobiliũ eo q̄ est mẽsura mot⁹ manifestũ est q: ⁊ alijs .i. mobilib⁹ h̄ est esse in tpe: q: esse eoꝝ .i. mobilium ꝯtingit mẽsurari sub tpe. ℭ Notandũ aũt q̄ aliter mẽsuratur mot⁹ tpe ⁊ aliter mobile. mot⁹ eni mensuraẜ tpe: q: tam mot⁹ q̄ȝ esse eius mẽsuraẜ tpe. mobile aũt non sic mensuraẜ tpe: q̄ ipsa sub̃a rei mobilis tpe mẽsureẜ. sed videẜ mobile tpe mensurari: q: esse eius ⁊ motũ ipsius mẽsuramus tpe. hoc aũt quō sit in sequẽti lectione patebit. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ In tpe eni esse duoꝝ est: alterũ vnũ quidẽ esse tũc: qñ tp̄s est: vnũ autẽ sicut q̄daz dicimus q: in numero sũt. Hoc aũt significat aut sicut partẽ numeri ⁊ passionez: ⁊ oino qḋ numeri est aliqd: aut qḋ est ipsius numerus. Qm̃ aũt numerus tp̄s est: ipsũ quidẽ nũc ⁊ prius: ⁊ quecũq̄ sunt huiusmodi: sic in tpe sunt: sicut in numero vnitas ⁊ supfluus ⁊ par. Hec qdem numeri aliquid: illa vo tpis aliqd sunt. Res autẽ sicut in numero in tempore sunt.

ℭ Ostẽdit q̄ mobilia mẽsurata a tpe cõtineẜ a tpe circa qḋ duo facit: q: pmo facit qḋ dictuz est. scdo assignat diuersas habitudines q̄s h̄et tp̄s ad ipsa tpalia que mẽsurat ibi ⌊ Sed h̄ qdez accidit. ⌋ Circa primũ duo facit. q: p̄ pmittit q̄ndã diuisionẽ necessariã ad ꝓpositum. 2° diuisione pmissa arguit intentũ ibi ⌊ si aũt hoc est. ⌋ Dicit ergo q̄ in tpe esse est alterũ duoꝝ modoꝝ. vnũ quidez .i. s̃m vnũ modũ dicimus esse in tpe si est tũc qñ est tp̄s. vnũ aũt .i. s̃m vnũ aliuz modũ dicim⁹ q̄dã esse in tpe: q: sunt in eo sicut in nũero. h̄ aũt .s. eẽ in tpe sicut in numero etiã dr̃ multipliciter: q: aut e. si ḡ esse in numero sicut partẽ numeri ⁊ passionem numeri ⁊ oino qḋ est aliqd numeri aut significat eẽ in numero q̄ pro q: q: est numerus ipsius .i. q: numeraẜ a numero. sicut ḡ aliqd est in numero: q: est aliqd nũi: vel q: numeraẜ a nũo: sic aliqd est in tpe: q: est aliqd tpis: vl' q: nũatur a tpe. iḋ subdit q̄ qm̃ tp̄s est nũs ipsum nũc ⁊ ipm̄ prius ⁊ ipsuz posteri⁹ ⁊ quecunq̄ sũt hm̃ sic sunt in tpe sicut vnitas ⁊ supfluus ⁊ par sunt in nũo. hec qdez eni .s. supfluũ vnitas ⁊ hm̃ sũt in nũo: q: sunt aliqd ipsi⁹ nũi. illa vo .s. prius ⁊ posterius ⁊ talia sunt in tpe: q: sunt aliqd tpis. Sed res tpales sunt in tpe nõ q: sunt aliqd tpis sed sunt in eo sicut in nũo: q: numeranẜ a tpe. ℭ Notandũ q̄ ut patet ex dictis esse in tpe sumiẜ trib⁹ modis. vno mõ large ⁊ improprie ut dicaẜ aliqd esse in tpe: q: est qñ est tp̄s s̃z quẽ modũ loquẽdi itelligẽtie sunt in tpe sed hoc est valde iproprie. sũt eni in tpe nõ q: cõtineanẜ a tpe: sed q: sunt qñ est tp̄s. scdo aliqd dr̃ eẽ in tpe: q: est aliqd tpis. 3° dr̃ aliqd esse in tpe: q: ꝯtinetur siue mẽsuraẜ siue numeraẜ a tpe s̃m quẽ modũ oẽs res tpales sunt in tpe. ℭ Notãdũ ẽt q̄ 2m mẽbrũ diuisionis videlicet esse in tpe: q: est aliqd tpis tripliciter põt sumi. vl' hoc est tanq̄ pars ⁊ sic p̄teritũ ⁊ futuꝝ sunt in tpe: q: sunt partes tpis ⁊ numerus ipar ut ternari⁹ est in nũo: q: est pars nũi. 2° hoc põt esse tanq̄ passio ⁊ sic lõgũ ⁊ breue sunt in tpe: q: sunt ꝓprietates tpis ⁊ supfluus siue supabũdãs ⁊ diminut⁹ sunt in numero: q: sunt passiones numeri. sunt eni ꝓprietates nũeri abũdãs pfectũ ⁊ diminutũ. tertio põt dici esse in tpe qḋ est aliqd tpis tanq̄ pncipium ⁊ sic nũc prius est in tpe: q: põt accipi ut pnm̄ p̄teriti. ⁊ nũc posterius est in tpe: q: põt esse pnm̄ futuri. sic ẽt vnitas est in numero: q: est pncipium numeri. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Si aũt hoc est ꝯtineẜ sub numero: sicut que sunt in loco: sub loco. Manifestũ aũt est qm̃ nõ est in tpe esse: qñ tp̄s est: sicut neq̄ in motu esse: neq̄ in loco: qñ locus est ⁊ motus. Si enim erit qḋ est in aliquo: sic omnes tres erunt in quolibet: ⁊ celuz in milio. Qñ enim milium est: est ⁊ celum.

ℭ Ostenso q̄t modis aliqd est in tpe ex diuisione premissa arguit intentũ dicẽs. si aũt h̄ est q̄ .s. res numerabiles ꝓprie sunt in numero patet sup̄. q̄ ꝓprie sunt in numero que cõtineẜ sub numero sicut que sũt in loco ꝯtineẜ sub loco. ⁊ q: ita est manifestuz est qm̃ nõ est esse in tpe eẽ qñ est tp̄s sicut nec est eẽ in loco ⁊ esse in motu esse qñ est mot⁹ ⁊ locus: q: si erit qḋ est esse in aliquo esse qñ est illud sic oẽs res erũt in quolibet ⁊ celũ erit in milio .i. in grano milij: q: est celũ qñ est granũ milij. posset autez sic formari ratio ad ostendẽdũ q̄ ea ꝓprie sũt in tpe que cõtineẜ a tpe. Nã sicut se habet loc⁹ ad ea que sũt in loco sic se h̄et tp̄s ad ea que sunt in tpe. cũ ergo nõ ꝓprie ⁊ per se sunt in loco nisi que ꝯtineẜ a loco per se ⁊ ꝓprie nõ erũt in tpe nisi que cõtineẜ a tpe. ℭ Dubitaret forte aliq̄s vñ est q̄ nõ ꝓprie est aliqd in tpe nisi numereẜ a tpe. Dicenduz q̄ plane patet q̄ nõ ꝓprie sũt in tpe que sunt qñ est tp̄s: q: sic nihil esset supra tp̄s. Nã de⁹ ipse est qñ tp̄s est. Dubiũ ergo est utrũ sint ꝓprie in tpe que sunt aliquid tpis. videẜ eni per ptes tpis ⁊ ꝓprietates ei⁹ ⁊ ea que sũt aliqd tpis ꝓprie sunt in tpe. Nõ ergo solum ꝓprie est in tpe qḋ numeraẜ a tpe. Sciendũ igiẜ q̄ vnũ ⁊ idem sub diuersis intẽtionib⁹ accipi põt: ⁊ ut accipiẜ sub vna intẽtione est aliqd est propriũ ⁊ cõuenit ei per se: qḋ si accipiaẜ sub intẽtione alia illud est ei extraneũ ⁊ cõpetit ei q̄si per accñs eandẽ enim rẽ noiat triangulus ⁊ pncipiũ figurarũ. attñ illa res accepta sub hac intentione que est triãgulus competit ei per se ⁊ p̄ habere tres. qḋ si accipiaẜ ut est figurarũ pnm̄ cõpeteret ei q̄si per accidens. plane enim vult ph̄s q̄ ut triangulus stat sub hoc attributo qḋ est habẽ tres: accidit ei q̄ sit pncipiũ figurarũ. cũ ergo tp̄s ut tp̄s est sit numer⁹ qdam alia est acceptio tpis si accipiaẜ ut tp̄s est ⁊ alia si accipiaẜ ut est q̄ddã subiectũ vel ut est quoddam totũ vel ut est quoddã causatũ. Nam ut tp̄s est q: sic est quidaz numer⁹ cõparaẜ ad ea quoꝝ est numerus. ut subiectũ est cõparaẜ ad suas passiones sed ut est totũ cõparaẜ ad suas partes. s̃z ut est causatum cõparaẜ ad ipm̄ nũc a quo depen/det tanq̄ a sua causa vel a suo pncipio. sunt ergo ꝓprietates tpis in tpe sicut in subiecto ptes eius sunt in eo sicut in toto. nũc aũt est in tpe sicut pncipiuz ⁊ sicut causa in suo causato vel sicut terminus in eo cuius est terminus. oĩa ergo ista que sunt aliqd tpis sunt in tempore sed nõ sunt in eo s̃m q̄ tp̄s est sed sunt in eo ut est quoddã subiectũ vel ut est quoddã totũ vel ut est qd causatũ ⁊ terminatum. Nam cũ tp̄s ut tẽpus est sit quidã numerus solũ ea sunt in tpe ut tẽpus est que sunt in eo tanq̄ in nũero. ⁊ q: sic

esse in tpe est numerari ab ipso patet ꝙ ꝓpꝛie ꝛ ſm ꝙ hꝰ nihil est in tpe nisi qđ numeraꝫ ab eo.pōt ḡ multis modis accipi esse in tpe.ſ₃ per se ꝛ ꝓpꝛie acceptio eiꝰ est numerari a tpe. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs:qꝛ cu₃ nunc sit nūs tēporis ꝛ tps sit nūs numeratꝰ per ipsa nūc vr̄ ꝙ nunc sit in tēpore tanꝗ̄ in nūo. Dicēdu₃ ꝙ nūari qđdā mēsurari est ꝛ ea sunt in nūo que sunt in mēsura qđā.cū ḡ esse in mēsura nō ꝓpꝛie dicat mēsurare sed mēsurari sicut esse in loco per se loquēdo nō dicit continē sed contineri:ea ꝓpꝛie sunt in aliquo sicut in nūo ꝛ ea ꝓpꝛie sunt in tpe ut tēpus est ꝛ ut nūs est que numeranꝫ a tempore.ipse ergo res tpales sunt in tpe tanꝗ̄ in nūo ꝛ nō ipsa nunc.sed ipm nunc est in tēpore tanꝗ̄ pnᵐ in pncipiato uel tanꝗ̄ terminus in terminato nō tanꝗ̄ in nūo.cum enim tēpus numeret res tēporales ꝛ numereꝫ per ipsa nūc tps magis est in ipsis nūc tanꝗ̄ in nūo ꝗ̄ ecōuerso ꝛ res tpales sūt in tēpore tanꝗ̄ in nūo nō ecōuerso.utraqꝫ aūt habitudo competit tpi.cōparaꝫ enī₃ tēpus ad ipsa nunc per que numeratur ꝛ ad ipsas res numerabiles ꝗs numerat.ſ₃ habitudo quā habet ad ipsa nunc est habitudo ad sua pora.alia habitudo est ad posteriora.ide est ut supꝛa dicebaꝫ ꝙ magis diffiniꝫ tps ut est nūs nūeratꝰ ꝗ̄ ut est nūs numerās:qꝛ diffinitio est dāda de re per cōparationē ad pora nō ad posteriora.ſ₃ enī tps īelligaꝫ claudi inter duo nūc ꝗrū ſ₃ durationē vnū est pus reliquū posterius.ſm tamē nālez intelligētiā quodlibet illorum nunc pcedit ipsum tps.intellectꝰ enim tpis presupponit intellectū utriusqꝫ nūc ꝛ habet diffiniri tēpus per illa nūc non per res temporales.meritoergo diffiniꝫ ut est nūs numeratꝰ non ut est nūs numerans.patet ergo ꝙ nō obstante ꝙ tēpus habet numerari per ipsa nūc ꝛ diffiniri per eaipsa.tamen nūc nō sunt in tpe tanꝗ̄ in numero:qꝛ esse in numero ex vi locutionis iportat numerationē passiue nō actiue:ꝛ esse in numero est numerari nō numerare.ipse ergo res tēporales ꝓpꝛie sunt in tpe tanꝗ̄ in numero:qꝛ numeranꝫ a tpe.ipsa vō nunc nō ꝓpꝛie sic sunt in tpe:qꝛ nō pꝛopꝛie ꝛ per se numerantur a tempore sed magis numerāt ipsu₃. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed hō qđē accidit:illō aūt necesse est cōsequi:ꝛ ei qđ est in tpe eē ꝗddā₃ tps:qn̄ ꝛ illō est:ꝛ ei qđ est in motu esse tūc motu₃.

¶ Ostenso ꝙ pꝛopꝛie sunt in tpe tpalia que numerātur a tēpore ostendit ꝛ assignat diuersas habitudines ꝗs habet tps ad tpalia.sunt aūt habitudines tres:ideo tria facit.qꝛ pmo enim ostendit ꝙ tpalia per se depēdent a tpe.scđo ꝙ ꝯtineꝫ ab eo.tertio qꝛ patiunꝫ ab ipso.scđa ibi[quoniā₃ aūt est.]₃ᵃ ibi [ꝛ pati iam.] ꝯtinueꝫ sic.dictum est quedā esse in tēpore:quedā esse cu₃ tpe.sed hoc qđ supple est cū tpe accidit.i.habet accidētalem habitudinē ad tēpus:ꝛ tempus per accidēs cōsequiꝫ ipsu₃.illō autem qđ.s.est in tpe necesse est cōsequi tps ꝛ necesse est ꝙ habeat essentialē dependentiam ad ipsum ideo subdit ꝙ ei qđ est.i.qđ cōtingit esse in tēpore de necessitate cōsequiꝫ quoddā tempus quādo est illud:sicut ꝛ ei qđ est in motu cōsequiꝫ tunc esse aliquem motū quādo est illud. ¶ Notandū aūt ꝙ sicut se habet motus ad ea que sūt in motu sic se habet tps ad ea que sunt in tpe.sed nihil est in motu nisi de necessitate cōsequaꝫ ipsu₃ aliqs motꝰ.ergo nihil est in tpe pꝛopꝛie loquendo nisi de necessitate cōsequaꝫ ipsum aliqđ tps.vna igitur habitudo tēporalium ad tempus est ꝙ habent essentialem determinationem ad ipsum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qm̄ aūt est sicut est in numero:sic in tpe accipieꝫ ad plus tps omni eo qđ est in tpe Unde necesse est omnia que sūt in tpe cōtineri sub tempore: sicut alia quecunqꝫ in alio sunt:ut que sunt in loco sub loco.

¶ Ponit secūdam habitudinem tpalium ad tps que est ꝙ tpalia cōtineꝫ a tēpore:vnde ait ꝙ aliqđ est in tēpore sicut in numero accipieꝫ aut tempus ad plus.i.tēpus maius omni eo qđ est in tēpore sicut supꝫ.accipiꝫ numerus maioꝛ omni eo qđ est sub numero:vnde qꝛ sic est: necesse est omnia que sunt in tēpore cōtineri sub tempore: sicut necesse est quecunqꝫ alia sunt in alio cōtineri sub illo alio in quo sunt:ut que sunt in loco ꝯtineꝫ sub loco:que in numero sub numero.ergo a simili que sunt in tpe continentur sub tempore. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et pati iā aliqđ sub tpe:sicut ꝛ cōsueuimus dicere:quia tabefacit tps:ꝛ senescūt oia in tpe:ꝛ obliuisciꝫ ꝓpter tps:sed non didicit:neqꝫ nouū factū est:neqꝫ bonum. Coꝛruptionis enim causa per se est tps. Numerus etenim motꝰ est. Motꝰ autē distare facit quod est.

¶ Ponit tertiā habitudinē tpaliu₃ ad tempus.videlicet ꝙ tpalia patiuntur a tpe. Circa qđ duo facit:qꝛ pmo ponit huiusmodi habitudines.scđo ex his que dixerat cōcludit ꝙ que sunt semp nō sunt in tēpore:qꝛ nec continenꝫ a tēpore nec patiunꝫ ab ipso ibi[quare manifestu₃ est.] Dicit ergo ꝙ que sunt sub tempore opoꝛtet iam pati aliqđ ab ipso tēpore sicut cōsueuimus dicere ꝙ tps tabefacit idest putrefacit ꝛ coꝛrūpit ꝛ senescūt omnia sub tēpore ꝛ obliuisciꝫ aliqs pꝛopter nūc:sed non didicit ꝓpter ipsum neqꝫ nouū neqꝫ bonū factū est in tēpore.tēpus enim per se est causa coꝛruptionis nō generationis.ꝙ ideo cōtingit:qꝛ tēpus est numerus motus.motꝰ autē per se facit distare rem ab eo quod est ꝛ a sua natura.ergo motꝰ per se facit ad coꝛruptionem.per accidēs autē₃ ad generationē.si ergo sic est in motu erit hoc ꝛ in tēpore quod est numerus motꝰ.que ergo sunt in tpe per se patiunꝫ ꝛ coꝛrumpunꝫ:sed qđ in tempore fiat nouū uel bonum uel generatio hoc est per accidēs:qđ quomodo sit hoc infra circa finem huius quarti declarabitur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare manifestū est:qm̄ que semp sunt ſm ꝙ semp sunt:non sunt in tēpore. Neqꝫ enim cōtineꝫ sub tpe: neqꝫ mensuratur esse eorum sub tempore. Signū autē huiusmodi quoniam neqꝫ patiuntur nihil a tempore tanꝗ̄ non entia in tpe.

¶ Cōcludit ex dictis ꝙ que sunt ſ₃ ꝙ huiusmodi nō sūt in tempore:vnī ait ꝙ manifestū est quoniā que sunt semper ſm ꝙ semper sunt nō sunt in tempore qꝛ neqꝫ cōtineꝫ sub tpe neqꝫ esse eoꝝ mensuratur

sub tpe. Signum aūt huiusmodi est ꝙ non sunt in tpe. qm̄ neqꝫ nihil patiuntur a tempore tanq̄ non sunt entia. i. nō sunt exītia siue nō existunt in tpe.

Lectio. XXV.

Q Voniam autem est tempus mēsuratio motus: erat ⁊ quietis metrū ſm accidens. Omnis eniꝫ quies in tempore est.

¶ Postq̄ pħs oñdit quō mēsurant tpe tam motus q̄ mobilia. In parte ista ostendit quō qes mēsurat tpe. Circa qđ duo facit. q: pmo oñdit ꝙ tpꝫ mēsurat quietē per accidēs inq̄ntum mensurat motū. 2° ex his que dixerat oñdit quō tps hēt mēsurare qescēs ⁊ mobile ⁊ ēt qetē ⁊ motū ibi Mēsurabit aūt tps. Circa pmuꝫ duo facit. q: pmo ꝓponit qđ intēdit. scđo declarat ꝓpositū ibi nō eniꝫ sicut. Dicit ergo ꝙ qm̄ tps est mēsuratio mot⁹ erit metrū. i. mēsura qetis ſm accñs. ois eni qes est in tpe cū ⁊ mot⁹ sit in tpe. ¶ Dubitaret forte aliqs: vñ sequit̄ h̄ ꝯñia ꝙ si tēpus est mēsura mot⁹ ꝙ sit mēsura qetis per accñs. Dicēdū ꝙ qes ut hic de qete loquimur est ꝑuatio mot⁹. ꝑuatio auteꝫ est apta nata cognosci per habitū. nā ꝑuatio nō cognoscit̄ per spēꝫ ꝓpriā cū ſm ꝙ h⁹ⁱ sit nō ens ut oñdebat̄ in p̄ hui⁹: q: ergo ꝑuatio nō cognoscit̄ per spēm ꝓpriā ⁊ per se sed cognoscit̄ per suū oppositū ut p̄ habitū est ⁊ q̄si per accñs cū mēsura sit id per qđ mēsuram⁹ ⁊ cognoscim⁹ sicut ꝑuatio hēt cognosci per habitū ⁊ q̄si per accidēs sic hēt mēsurari per mēsurā sui habit⁹ ⁊ q̄si per accidēs: ꝓpter qđ si quies est ꝑuatio mot⁹: ⁊ mot⁹ se habet q̄si habit⁹ respectu qetis seq̄tur ꝙ tps qđ est mēsura mot⁹ per se sit mēsura qetis q̄si per accidens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nō eni sicut qđ in motu est necesse moueri: sic ⁊ quod in tēpore est. Non enim mot⁹ tps est: sed numerus mot⁹. In numero autem mot⁹ cōtingit eē ⁊ qescens. Non eni omne imobile quiescit: sed ꝑuatum motu: aptum aūt natū moueri: sicut dictū est in ꝑorib⁹. Esse aūt in numero: ē esse quēdā numerum rei ⁊ mēsurari esse ipsius numero in quo est. Quare si in tempore: ⁊ sub tempore est.

¶ Manifestat qđ dixerat dicens ꝙ non opꝫ ꝙ sicut qđ est in motu necesse est moueri. sic quod est in tēpore necesse sit moueri. tempus enim non est motus. s. nūs mot⁹. in numero aūt mot⁹ ꝯtingit eē non solū qđ mouet̄: sed ēt qescēs inq̄tum est aptū moueri. Nā nō omne mobile qescit sed solū qescit qđ est ꝑuatū motu ⁊ est aptū natū moueri sicut dictū est in ꝑorib⁹. i. in 3° hui⁹. Si ḡ qescēs inq̄tū est ꝑuatū motu ⁊ est aptuꝫ natuꝫ moueri: q: rē aliquā eē in nūo idē est qđ esse quēdā nūm illi⁹ rei ⁊ qđ eē ipsi⁹ rei mēsurari nūo in quo est: q̄re si qes est in tpe ⁊ in nūero mot⁹ opꝫ ꝙ ēt sit sub tpe ⁊ ꝙ mensuret̄ numero mot⁹. ¶ Notādū aūt vim rōnis hui⁹ in h̄ ꝯsistē ꝙ qes mēsurat̄ tpe ⁊ mēsurat̄ nūero mot⁹ ⁊ nō alia mēsura mēsurat̄ ꝑuatio q̄ꝫ su⁹ habit⁹. ¶ Dubitaret forte aliqs vñ est ꝙ id qđ est in motu necesse est moueri. qđ aūt est in tpe nō necesse ē moueri. cū eni tps nō separet̄ a motu vr̄ ꝙ sicē qđ est in motu necesse est moueri: sic qđ est in tpe necesse sit moueri. Dicēdū ꝙ nihil est in motu nisi mot⁹ sit in eo tanq̄ in subō. mot⁹ eni ut mot⁹ est dicit actū quēdā est eniꝫ mot⁹ act⁹ mo^{bi}s. sicut ḡ nihil est in actu nisi sit id in q̄ existit act⁹: sic nihil est in motu nisi sit id in q̄ existit mot⁹. qđ aūt in aliq̄ sit motus: ⁊ tñ illđ nō moueat̄ est ipo^{le}: sicut nec eē pōt ꝙ in aliq̄ sit albedo ⁊ tñ illud nō sit albū. nō tñ sic est de tpe. non enim est esse in tpe esse illđ in q̄ est tps: q: si h̄ esset cū tps de necessitate fundet̄ in motu nihil eēt in tēpore in q̄ nō eēt mot⁹ ⁊ qđ nō moueret̄. sunt eni in tpe in qbus nō est tps. Nā oia hec tpalia sunt in tēpore. nō aūt tps est in istis tpalibus. sed est solū in motu primi mobilis: q: ḡ mot⁹ ſm id qđ est dicit quēdā actū: ⁊ eē in actu est eē illđ in q̄ est act⁹: opꝫ ꝙ qcqđ est in motu ꝙ moueat̄ ⁊ ꝙ in eo sit mot⁹. tps v̄o q: dicit quēdā numeꝝ ⁊ esse numero nō est eē id in quo est numer⁹: sed est numerari ⁊ mensurari in numero. ideo qđ est in tpe. non oportet ꝙ in eo sit tps sicut in subiecto nec ꝙ in eo sit mot⁹: sed sufficit ꝙ sit qđ tpale ⁊ ꝙ sit aptū natuꝫ moueri ⁊ ꝙ mensuret̄ tēpore ad hoc ꝙ dicat̄ esse in tpe. patet ergo ꝙ nō eandē habitudinē iportet esse in tpe ⁊ esse in motu: ⁊ patet etiā ꝙ in tpe mensurant̄ nō solum que mouent̄ sed que sunt ꝑuata motu ⁊ sunt apta nata moueri. mēsurat ergo tps nō solū motū: sed ēt qetē que est ꝑuatio mot⁹. ¶ Deide cū dicit.

¶ Mēsurabit aūt tps: quod mouebit̄ ⁊ qescens: ſm ꝙ hoc quidē motū: illud aūt qescens. Motū enim ipsoꝝ ⁊ quietē mensurabit: ſm ꝙ quāta quedaꝫ. Quare quod mouet̄: nō simpliciter erit mēsurabile sub tempore: ſm ꝙ quātū aliquid est: sed ſm ꝙ mot⁹ ipsius quātus. Quare quecunqꝫ neqꝫ mouent̄: neqꝫ qescūt nō sūt in tpe. In tpe eni esse est mēsurari tpe. Tps aūt motus ⁊ quietis mēsuratio est.

¶ Ostendit quō tps habet mēsurare quiescēs ⁊ mobile ⁊ etiā quietē ⁊ motū dicens ꝙ mēsurabit tps qđ mouet̄. i. mobile ⁊ quiescēs ſm ꝙ hoc quidē. s. mobile est motū: illud aūt est qescēs. motū enim ⁊ quietē ipsoꝝ mensurabit prout sunt quāta quedaꝫ est ergo hic ordo ꝙ tps mensurabit mobile ꝓut in eo reperitur mot⁹. mēsurat aūt ipm motū ꝓut in motu reperitur rō quātitatis. sic etiā tēpus mēsurat qescens: ꝓut in eo reperitur quies. mēsurat aūt ipaꝫ qetē prout in ea reperitur ipsa ratio quātitatis: q̄re qđ mouet̄ vel etiā qđ quiescit nō simpl'r erit mēsurabile sub tpe ſm ꝙ ipm in se est aliqđ quātū: sed ſm ꝙ quies eius vel ſꝫ ꝙ mot⁹ ipsi⁹ est quāt⁹: q̄re quecūqꝫ neqꝫ mouent̄ neqꝫ qescūt nō sūt in tpe. in tpe enim esse est mēsurari tpe. tēpus eniꝫ est mēsuratio mot⁹ per se ⁊ quietis per accidēs: qđ ergo nō mouetur nec quiescit ſm ꝙ h⁹ⁱ est nec mēsurat̄ tpe per se nec per accidēs. ¶ Dubitaret forte aliqs utrum mobile vel quiescēs ſm ꝙ est aliqđ quātum mēsuret̄ tēpore. Dicēdum ꝙ ipsum mobile est qđ q̄ntū ⁊ ipse mot⁹ est quātus sumpta quātitas ipsius mobilis vel ipsius qescētis est de gñe ꝑmanentiū. Sed quātitas ipsius est de gñe successiuoꝝ. Si eniꝫ aliqđ mobile mouet̄ per aliqđ spatiū sicut in toto motu manet idē mobile ſm rem sic manet eadē quāti.

tas mobilis ſm rem. per motū enim ad ubi per ſe lo
quendo nō tollitur ſubſtātia rei nec etiam eius quā
titas. quātitas aūt motus eſt de genere ſucceſſiuo
rum: qꝛ partes motus ſibi ſuccedūt adinuicē ⁊ ſem
per eſt alia poſt aliā. Si ergo mēſura debet eē uni
gena mēſurato: qꝛ nunc manet idem ſm rem in to
to tempore. partes aūt tēporis ſibi ſuccedūt adin
uicē quicquid in iſtis motib' manet idē in toto mo
tu menſurabitur nunc tpis. que ſunt aūt de genere
ſucceſſiuoꝝ mēſurabuntur tpe. motus ergo ⁊ quā
titas ipſius menſurabit tēpore. mobile aūt ⁊ quā
titas ei' mēſurabit nūc temporis. bene ergo dictū
eſt ꝙ mobile ſm ꝙ ipm eſt aliqd quātū ⁊ ſm q̄ti
tatem ꝓpriā nō mēſurabit tēpore ſed nūc tēporis:
ſed prout in eo reperit motus q̄tus: qꝛ quantitati
ipſius motus cōpetit mēſurari tpe: mobile non ra
tione ſui nec ratione quātitatis ſue ſed ratione quā
titatis motus dicitur tpe menſurari. ¶ Ulterius
forte dubitaret aliqs utrū mobile ſm ſuum eſſe tem
pore mēſuretur. Dicendū ꝙ mobile dupliciter pōt
conſiderari ſm ꝙ eſt ſubſtātia quedā uel ſm ꝙ eſt
quid mobile. ſi cōſiderēt ut eſt ſubſtātia quedā ſic
eſſe eius manet idē q̄diu manet mobile. qcqd aūt
manet idem q̄diu manet mobile nō pōt menſura
ri tēpore: qꝛ enim ut pluries dictū eſt mēſura debet
eſſe unigena mēſurato cū tēpus poſterius ſit aliud
realiter a tēpore priori quicquid ꝓprie ⁊ per ſe lo
quēdo mēſuratur tēpore. oportet ꝙ illud ut habet
eē in tempore poſteriori ſit aliud realiter ab eo qd
habet eſſe in tēpore priori: ꝓpter qd ſi eſſe mobilis
ſm ꝙ eſt ſubſtantia quedā mēſurarēt tēpore opor
teret ꝙ eſſe ſubſtātiale eius in tempore poſteriori
eſſet aliud realiter ab eſſe ſubſtātiali ipſius in tempo
re priori. ⁊ quia amoto eſſe ſubſtātiali rei non ma
net res ſi non maneret idem rem ſubale ipſius mo
bilis in toto motu nō maneret idem mobile in toto
motu qd eſt incōueniens. eſſe ergo ipſius mobilis
ut eſt ſubſtātia quedā nō menſurat tēpore. Sed ſi
cōſideret eſſe eius nō ut eſt ſubſtātia quedā ſed ut
eſt quid mobile ſic ſm tale eſſe mēſurat tpe. Nam
cum motus ⁊ eſſe ei' ſit aliquid ſucceſſiuum ⁊ eſſe
unius partis mot' ſit aliud ab eſſe alteri' partis mo
tus ſicut in una pars mot' eſt alia ab altera pte mo
tus oportet ꝙ mobile nō ſm ſe nec ſm ſuū eſſe ſub
ſtātiale ſed ſm qd in eo repitur motus ⁊ ſm ꝙ ha
bet eē tale q̄le eſt eſſe in motu qd tēpore mēſurare
tur. hoc eſt ergo qd phs ſuperius dixerat ꝙ qꝛ eē
motus eſt menſurari tpe manifeſtū eſt ꝙ alia idest
mobilia tēpore menſurātur ſʒ eſſe quod habet ſub
tempore: uel ſʒ eſſe quod hēt in motu. ¶ Ulterius
forte dubitaret aliqs ſi mobilia nō menſurant tpe
ſm ſuū eſſe ſubale ſed ſʒ ipm moueri ⁊ ſm eē ipſi'
motus utrū eſſe ſubſtātiale mobiliū cum nō menſu
retur tpe mēſurēt aliqua mēſura ſup̄ tps. Dicendū
ꝙ mēſura ſup̄ tempus non eſt niſi eternitas. Sed
eternitas duplex eſt. quedam ſimplr ⁊ hac eterni
tate menſurat ſola prima cauſa. Nā cū eſſe eternū
ſit idem qd eē extra terminos ſolus deus mēſurat
eternitate ſimplr: qꝛ ipſe ſolus eſt infinit' ſimplr ⁊
extra terminos. alia vō ut intelligētie mēſurantur
eternitate non ſimplr ſed participata quocūqꝫ mo
do accipiat eternitas ſemp nunc fluēs facit tēpus.
nunc vō ſtās facit eternitatem ſumptam. nūc ſtans
ſimplr facit eternitatē ſimpliciter. nūc vō ſtans ex
quadā participatione imobilitatis prime: ſiue nūc
ſtans ex participatione p̄me cauſe nō facit eterni
tatē ſimplr ſed participatā. eſt ergo idem nūc cuiuſ
cunqꝫ eternitatis in tota eternitate. ⁊ idem nunc tē
poris in toto tēpore. aliter tamē ⁊ aliter: qꝛ cū nūc
tēporis ſit ſemp fluens. ſic eſt idem in toto tēpore:
qꝛ ſemp eſt cōiunctum trāſmutationi ⁊ motui. ſed
nūc eternitatis: qꝛ non eſt ſic fluens. ſic eſt idem in
tota eternitate qd per ſe loquēdo nō ſic ꝯiungitur
tranſmutationi ⁊ motui ut nūc tpis. Si ergo tem
pus habet eſſentialem habitudinē ad motum ⁊ nō
eternitas quicqd habet eſſe mobiliter menſurabit
tempore uel nūc temporis. quicqd autē habet eſſe
eãter uel exiſtēter mēſurabit eternitate: uerū quia
inter entia eãter eſt gradus: qꝛ deus eſt ſupra itelli
gētiam ⁊ intelligētia ſupra animā ſi accipiam' eter
nitatem participatā que eſt ꝓprie mēſura intelligē
tie ſic deus eſt ante eternitatē itelligētia ꝑficatur
eternitati ⁊ eſt in eternitate. aīa vō participat eter
nitatē ⁊ attīgit ipſam. hoc eſt ergo qd ait Proculus
87ª ꝓpoſitione libri ſui. ꝙ omne eãter ens aut eſt
ante eternitatē aut eſt in eternitate aut participās
eternitate. ⁊ in 2ª propoſitione de cauſis ſcribit om
ne eſſe ſuperius. i. omne eſſe excellēs ſiue eſſe eãter
aut eſt ſuperius eternitate ⁊ ante ipſam. aut eſt cum
eternitate aut eſt poſt eternitatē. i. attingēs eterni
tatē ⁊ ſupra tēpus. ⁊ ut patet in cōmēto in primo
gradu eſt deus. in ſcdo eſt intelligētia. in tertio eſt
anima: q̄re ſi nihil eſt ſup̄ tempus niſi qd habet eē
eãter: qꝛ nihil eſt in mobilib' qd habeat eē eãter ſi
ue exiſtēter: ſed totū qd eſt in eis habet eſſe mobi
liter: patet ꝙ nihil eſt in eis ſm ꝙ huiuſmodi ſunt
qd mēſuret eternitate uel qd mēſuret aliqua men
ſura ſup̄ tempus: immo ipſa anima itellectiua que ſʒ
ſuam ſubſtātiam aliq̄ modo attingit eternitatē. tū
ut eſt in corpore ⁊ ut eſt act' corporis habet aliquā
habitudinem ad tempus: qꝛ nō eſt actus corporis
ſemp ſed ſeꝑatur a corpore ⁊ deſinit eſſe act' eius.
Cum igit querit utrū eſſe ſubſtātiale iſtoꝝ mobili
um mēſuretur aliqua mēſura ſup̄ tempus. patet ꝙ
cū tale eſſe nō habeat eſſe eãter ſed habeat eſſe mo
biliter nō mēſuratur menſura aliqua que ſit ſupra
tēpus nec mēſurat tēpore: ut ſupra oſīdebat. relin
quit ergo ꝙ mēſuretur nūc tēporis. his viſis ſatis
apparet que iſtorū inferiorum mēſurant tēpore ⁊
que nunc tpis. Nam ipſa ſubſtātia mobilis ⁊ eſſe
ſubſtātiale eius ⁊ quātitas ipſius ⁊ omnia accidē
tia quoꝝ eſſe nō eſt in fieri ſed ſunt de genere ꝑma
nētium menſurant nunc tēporis. talia enim lʒ non
ſunt de genere ſucceſſiuorum: ſunt tamen coniūcta
ſucceſſioni ⁊ motui. ideo menſurant nunc tēporis
qd eſt ſemp coniunctum ſucceſſioni ⁊ motui. ipſum
tamē ſm rem nō eſt quid ſucceſſiuū ſed manet idē
in toto tpe. ea vō que ſunt de gn̄e ſucceſſiuorum ut
mot' ⁊ eē eius ⁊ quātitas ipſius non mēſurantur
nūc tpis ſed tēpore. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtum igitur quoniam neqꝫ quod
nō eſt omne in tpe erit: ut quecūqꝫ nō cō
tingit aliter: ſicut diametron: lateri ſime
tron. Omnino enim ſi menſura eſt tem
pus motus per ſe: alioꝝ aūt ſm accidēs:
manifeſtum eſt ꝙ quorum eſſe menſurat:
his oib' inerit eſſe in moueri ⁊ quieſcere.

¶ Oſtendit quod nō entia mēſurant tēpore. vult enim

ꝙ que sic sunt nõ entia que nũq̃ sunt nec esse pos sũt nõ dicunt tẽpore mẽsurari. Circa qḋ duo facit ſm ꝙ dupl'r ꝓbat intẽtum. 2° ibi [q̃cunq; quidẽ.] Dicit ergo ꝙ manifestũ est qm̃ nõ oẽ qḋ nõ erit in tpe ut quecũq; non cõtingit al'r se habẽ. i. illa que sic sũt nõ entia ꝙ sũt impossibilia ⁊ ꝙ nõ possunt aliter se habere sicut est diametrũ esse simetrũ. i. eẽ cõmẽsurabile lateri. talia aũt nõ mẽsurant tpe. omnino enim si tp̃s est mẽsura mot' per se, aliorũ autẽ ut quietis est mẽsura per accidẽs si ita est manifestũ est ꝙ quorũ esse mẽsurat tp̃s oĩbus his erit esse imoueri. i. esse in motu ⁊ quiescere. sed tunc est supplẽda ratio ꝙ quia nõ entia impossibilia nec mouẽtur: nec quiescũt nõ competit eis tempore mẽsurari. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quecũq; quidem igitur generabilia ⁊ corruptibilia sũt: ⁊ oĩno que aliqñ quidem sunt: aliqñ aũt nõ sunt: necesse est in tempore esse. Est enim quoddã tempus plus: quod excellit esse ipsorum: ⁊ mẽsurat substantiam. Ipsorũ aũt que nõ sunt: quecũq; cõtinet tempus. Alia quidẽ erãt: ut homerus aliquando erat. Alia vero erunt: ut futurorũ aliquod ⁊ tempus utraq; continet. Et si ad ambo utraq;: ⁊ erãt ⁊ erũt. Quorũ aũt non continet: neq; erit: neq; est: neq; erat. Sunt autẽ huiusmodi eorũ que non sunt: quorũcũq; opposita semper sunt: ut asimetron esse diametrõ semper est: ⁊ non erit hoc in tempore. ergo neq; simetron. Unde semp nõ est. q2 ꝯtrium est ei qḋ semp est. Quorũcũq; aũt nõ semp est ꝯtrium. Hec aũt ⁊ possunt esse ⁊ non esse: ⁊ est generatio ⁊ corruptio ipsorum.

¶ Adducit secũdã rationẽ dicẽs ꝙ quecunq; quidẽ igit' sunt gñabilia ⁊ corruptibilia ⁊ oĩno. i. nãliter que aliquãdo quidẽ sunt aliquãdo non sunt necesse est talia esse in tpe. est enim quoddã tp̃s plus. i. maius qḋ excellit esse ipsorũ ⁊ mẽsurat subam eorũ nõ ſm se sed ut habet esse in motu. ipsorũ autem que non sunt. i. nõ entiũ quecũq; cõtinent tp̃s. alia quidem erant ut cõtinebant a tempore ꝑterito: aliqñ quidẽ erunt ut futurorũ aliqḋ tempus ad quecũq; cõparatur cõtinet ea dicunt illa esse in illo tempore: ⁊ si ambo utraq; tp̃a ut preteritũ ⁊ futurũ continẽt aliqua illa erant ⁊ erunt. est ergo hec universalis ꝓpositio ꝙ quicquid mẽsurat tpe siue sit ens siue non ens oportet ꝙ contineatur a tpe: uel ergo cõtinetur a tpe ꝑterito ut id qḋ fuit: uel a futuro ut id qḋ erit: uel ab utroq; ut id qḋ partim fuit ⁊ partim erit: illud ergo de numero quorũ nõ cõtinet neq; erit. i. tp̃s futurũ neq; est idest presens neq; erat idest ꝑteritũ talia. s. nõ sunt in tpe. sunt enim h'⁹ de nũo eorum que nõ sunt idest de numero nõ entium quorũcunq; nõ entium apponitur semp sunt: illa ergo nõ entia ipossibilia que nõ possunt esse ⁊ sua oppositio que necesse est semp eẽ tẽpore mẽsurari nõ possunt ut diametron esse assimetron. i. incõmensurabile semper est ⁊ est necessariũ ⁊ nõ erit hoc in tẽpore. ergo neq; suum oppositũ ut diametron esse simetron. tale enim nõ mensurabit' tpe. Nam semp nõ est: q2 contrariũ est ei qḋ semp est. quorũcunq; enim cõtrariũ nõ semp est h' possunt esse ⁊ nõ esse ⁊ est generatio ⁊ corruptio ipsorũ. talia psũt tempore mẽsurari. ergo non mẽsurantur nec ea que sunt nec que semper non sunt. Sed que aliquando sunt aliquando aũt nõ sunt.

Lectio. XXVI.

Ipsum autem nũc est continuatio temporis: ut dictum est prius. Cõtinuat enim tempus preteritũ ⁊ futurum: ⁊ omnino terminus temporis est. Est enim huius quidem principium: illius autem finis. Sed hoc non sicut ⁊ linea in puncto manente manifestũ: diuidit autem potentia. Et inquantũ quidem huiusmodi est: semper alterum est ipsum nunc. Inquãtum autem copulat: semp idem est.

¶ Postq̃ ph's determinauit de tpe per comparationẽ ad mẽsurata. in parte ista determinat de eo per cõparationẽ ad ip̃m nũc. Circa qḋ duo facit: q2 p̃ determinat de ipso nũc q̃dem qḋ est cõtinuatiuum ⁊ diuisiuum tp̃is. 2° determinat de quibusdã aliis dictionib' significãtibus quasdã intẽtiones exñtes in tpe ibi [ip̃m aũt tunc.] Circa p̃mum duo facit q2 primo determinat de nũc sumpto proprie ꝓut dicit quid indiuisibile. 2° determinat de eo ꝓut sumit' large ut prout dicit aliqḋ tp̃s modicum propinquum tp̃i presenti ibi [aliud aũt cũ tempus.] Circa p̃mũ duo facit: q2 p̃mo ꝓponit qḋ intẽdit. 2° qḋ dixerat manifestat per sil'e ibi [sicut ⁊ in mathematicis.] Dicit ergo ꝙ ip̃m nũc est cõtinuatio tẽporis ut dictũ est p'us. ꝯtinuat enĩ tp̃s ꝑteritũ ⁊ futurũ ⁊ oĩno ip̃m nũc est terminus diuisiuus tp̃is: q2 est h'⁹. s. futuri q̃dẽ p̃ncipium. illius aũt. s. ꝑteriti est finis: ip̃m ergo nũc nõ solum ꝯtinuat tp̃s inq̃tum est vnũ ⁊ idẽ ſm rem: sed et diuidit ip̃m ꝓut differt ſm rõnem ut ꝓut est vnius quidẽ p̃n^m. alteri' aũt finis ſm ꝙ h' ꝯueniãt ipsi nũc non sic manifestum est in nũc sicut in pũcto manẽte: q2 enĩ pũctus manet pñt meli' accipi ut finis ⁊ p̃n^m linee q̃ ip̃m nũc qḋ fluit. Addit aũt ꝙ nũc aliter ⁊ aliter sũptũ ꝯtinuat ⁊ diuidit tp̃s. nã ip̃m nũc ex͂ns q̃d in potẽtia diuidit tp̃s. Sed ip̃m nũc est q̃dẽ h'⁹. i. est diuisiuũ tp̃is inquãtũ est semp alterũ sed copulat ⁊ continuat ip̃m inq̃tum est semp idem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sicut ⁊ in mathematicis lineis. Nõ enĩ semp idem pũctũ intellectu est. Diuidentium enim semp aliud est. Scd'm autẽ ꝙ copulat: vnum idẽq; penit' est: sic ⁊ ipsum nunc. Aliud quidẽ tẽporis diuisio ſm potentiam est. Aliud autẽ terminus utrorũq; ⁊ vnitio. Est aũt idem ⁊ ſm idem diuisio ⁊ vnitio: esse autem non idem est. Hoc quidem igitur sic dicitur ipsorum nunc.

¶ Manifestat qḋ dixerat per simile dicẽs ꝙ sicut in lineis mathematicis. i. in lineis in se consideratis punctũ nõ semp est idem intellectu. i. ſm intellectũ ⁊ ſm rationẽ prout est diuisiuum ⁊ ꝯtinuatiuum linee. Nã pũctum ꝓut est diuidentiũ. i. prout est de nũo diuidentium siue prout diuidit lineã semper

est aliud.sed fm q copulat lineam est vnum z idē
penitus: z sicut ipse pūctus accipit aliter z aliter
ut est cōtinuatiuus z ut est diuisiuus:sic z ipz nūc
qd habet esse fm potētiam.aliud gdē.i.fm aliud est
diuisio tpis.aliud aūt.i.fm aliud est terminus z vni
tio.i.copulatio utrorūqz tempoz.est ergo idē.i.ad
idem nunc z fm idem nūc diuisio z vnitio tpis.eē
aūt nō est idē.nam lz idem nūc fm rem habeat ɔti
nuare z diuidere.tamē ut cōpetit ei hoc z illud est
aliud fm rōnem z fm esse diffinitiuuz.Subdit aūt
q ipsoz nūc idest ipsorum modoz accipiēdi nūc h
gdem igit vno mō dicit nunc sic prout est gd indi-
uisibile z est continuatiuū z diuisiuuz tpis.¶Du
bitaret forte aliqs utrum nūc ꝑut est gd in potētia
diuidat tps:videt q nō:qz sile est de nūc respectu
tpis z de pūcto respectu linee.sed punct' in poten-
tia cōtinuat lineam:sed ꝑut est in actu diuidit ipz
ergo a simili nunc in potētia cōtinuat tps: nunc in
actu diuidit ipm.nō ergo bene dictum est qd in lit
tera dicit q nunc in potētia diuidit tps.Dicenduz
q cum mot' sit actus entis in potētia fm q huius-
modi gcqd itelligit esse in fluxu z in motu inqtuz
est tale intelligitur esse gd in potētia.cū ergo nūc
tpis semp itelligat esse fluēs semp intelligit esse in
potētia:lz igit pūctus possit accipi ut est in actu:qz
est gd stās.nūc aūt siue accipiat ut est gd cōtinua-
tiuuz tpis siue ut est diuisiuuz semp itelligit eē gd
in potentia:qz semp noiat gd fluens.pbs ergo assi
gnās diām iter punctū z nūc:qz magis est mani-
festū in puncto q possit accipi ut pnm z ut finis:qz
gd manens qz sit h manifestū in nūc:qd est gd flu-
ens.ad declarationem huius vitatis subdit q nūc
qd est in potētia diuidit tps.Naz ideo non pōt ita
accipi ipm nunc ut ꝑncipiū z ut finis sicut pūctus:
qz ēt hm nunc ut est diuisiuum tpis non itelligit ut
manēs nec in actu sed ut fluēs z ut in potētia.vna
ergo causa quare nūc dicit esse gd in potētia:sumit
ex eo q dicit:gd fluēs.scda causa ad hoc assignari
posset:qz ad esse ipsius nūc aliquo modo facit aīa.
Sed de hoc aligd ifra dicet.¶Ulterius forte du-
bitaret aliqs:utrū ipm nunc sit ɔtinuatiuū tpis.vi
detur q nō.dicebat enim supra q tps de se nō est
quid cōtinuuz sed magis habet rationem nūi.Si
aūt est quid cōtinuuz hoc est rōne mot' in quo fun
dat.Si ergo nunc est cōtinuatiuum tpis:tunc tps
de se esset gd continuum: qz per suum indiuisibile
cōtinuaret . sicut linea de se est gd cōtinuū:qz cōti
nuat per id qd est indiuisibile in ipsa ut per pūctū.
Dicendum q nō obstāte q nunc est aliquo modo
ɔtinuatiuum tpis possumus duplici via declarare
q tempus de se est nūs z cōtinuitatez quā habet:
habet a motu.pma via sic patet.tēpus enim ut in-
fra dicet in re extra habet esse māle z potētiale.cō
plementum aūt habet ab anima:qz ergo anima nō
apprehēdat nec numerat tēpus in eodem nūc cuz
ipm nunc nō continet tēpus nisi ut est vnū z idem
sequit q tempus ut est apprehēsum ab aīa habeat
ratione numeri:qz semper apprehēdit esse iter plu
ra nunc per que numerat ab anima tanqz per prius
z posterius. Si aūt cōtinuat tempus per nūc hoc
magis fz esse qd habet in re extra qz fz h qd appre
hendit ab anima.nā in re extra est idem nūc qd cō
tinuat tempus z est ꝑncipiū vnius z finis alterius.
anima tamē ꝑpter fluxibilitatez ipsius nūc nō pōt
accipere vnū z idem nūc tanqz ꝑncipiū z finez:nec

in eodem nunc apprehendit tps:sed semp apprehē
dit ipm inter plura nūc fz quē modū tps habet ma
gis rationem numeri qz cōtinui. Si igitur tps fm
esse qd habet in re extra est quid cōtinuuz ut est ap
prehēsum ab anima habet ratione numeri:qz in re
extra est idem māliter cum motu:ut est apprehen-
sus ab anima differt formaliter ab ipso i sequit q
tempus ut tps est z fm formalē suā acceptionē sit
nūs.fm autē q habet esse in re extra z ut est idem
māliter cum motu sic est quid ɔtinuū.Nō obstāte
ergo q instans est cōtinuatiuum tpis tēpus de se
nō est gd cōtinuū sed cōtinuitatē habet a motu:qz
ipsum nunc siue ipm instās nō dat cōtinuitatē tpi
fm suuz esse formale z ut est apprehēsuz ab aīa:sed
dat ei cōtinuitatē fm suuz esse māle z ut est idē cū
motu.Scda via ad inuestigāduz h idez est:qz nūc
nō est cōtinuatiuuz tpis:nisi inqtum est idez in to-
to tempore:sed q sit idez nunc in toto tpe hoc non
habet a se sed hoc cōpetit ei prout est idez māliter
cuz substantia rei:cū igit mobile fm q hm habeat
habitudinem a motu nec habeat habitudinem ad
tps nisi mediante motu : sed continuitas tpis re-
ducēda est in ipsum mobile.sic reducet in ipsuz ut
habet habitudinem ad aliud:sed habet hm habitu
dinem mediāte motu.ergo habet ɔtinuitatē a mo-
tu.erit igit hic ordo q tps habebit cōtinuitatem a
motu z motus a magnitudine.modus ergo conti
nuitatis quem dat nunc tempori nō tollit quin tē-
pus habeat cōtinuitatē a motu. ¶Ulterius forte
dubitaret aliqs:qz cū nunc continet tps z diuidat
ipm inqtū est terminus eius.utrū huius termin'
possit esse idez in diuersis tpib'.videt eni spālē dif
ficultatē habē q si nūc est termin' tpis q in diuer-
sis tpibus possit esse idem nūc nec idē terminus:si
cut in diuersis partib' linee oino distātib' idem pū
ctus esse nō pōt.Dicendū q nō est simile de termi
no quiescenti z fluēti.idē enim terminus quiescēs
in diuersis partib' oino distantib' esse nō pōt.pun-
ctus eni si intelligat quiescēs nō erit idez punctus
in ꝑncipio linee z in fine:qz si hoc esset tunc vnum
z idez essent simul in diuersis.sed si itelligat pūct'
fluens z fm suū fluxū faceret lineam.tūc ille idez
punct' qui primo fuit in ꝑncipio linee postea erit in
fine z erit successiue in diuersis partib' linee:qztū-
cunqz partes ponant distātes esse.cū igitur nunc
nō habeat rationem termini quiescētis sed fluen-
tis nō est inconueniēs idem nūc fm rem esse in di-
uersis partib' tpis z terminare vnum z idem tps
ex diuersis partibus.ex hoc aūt solui habent ratio
nes supius facte de nūc.videlicet q nō est idē nūc
in toto tpe:qz tūc oia essent in eodē nūc: z ulterius
vnū z idē nunc terminaret aliqd tps ex utraqz par
te .patet eni q oia possunt esse in eodē nūc realiter
sicut vnū z idē mobile realiter per suuz motū hēt
esse in oibus partib' spatij.nō tn oia sunt in eodem
nūc fm rōnem:sicut nec est idem mobile fm rōnez
prout hēt esse in diuersis partib' spatij.sic etiā vnū
z idem nunc fm rem successiue pōt terminare ali
quod tempus ab utraqz parte:sicut vnū z idē mo
bile per suum motū terminat aliqd spatiū ex utra
qz parte qz primo existens in ꝑncipio alicuius spa-
tij per motum ipsius sit postea in fine illius spatij.
¶Ulterius forte dubitaret aliqs cū nūc cōparet
ad tps sicut mobile ad motū z cum si accipiatur
tempus finitum ut terminet ipsum ex utraqz parte

sicut si accipiat motus finit⁹ mobile terminet ipm ex utraqꝫ parte: utrũ ex hoc possumus cõcedere ꝙ motus aliqs claudat inter duo mobilia: sicut cõcedimus ꝙ tẽpus aliqđ claudat inter duo nũc. videtur enim oĩno simile esse de hoc ⁊ de illo. Nã sicut est idem mobile in toto motu ẜm rem differẽs ẜm rõnẽ: sic ut supra dicebat est idez nũc ẜm rem in toto tpe differẽs ẜm rõnez. Si ergo ꝑpter diũam rationis ꝯcedimus esse plura nũc in vno ⁊ eodez tpe videt oĩno ꝯcedẽdum esse ꝙ sint plura mobilia in vno ⁊ eodẽ motu. ⁊ videt esse dicendũ ꝙ motus aliqs claudat inter plura mobilia: sicut tps aliqđ claudit inter plura nũc. ℭ Ad hoc autẽ dici põt ꝙ lꝫ nũc mãliter sit idez qđ suba rei mobilis formaliter tñ ipm nũc addit quãdam intentionẽ rõnis supra dictã sbam. ꝑpter ergo additionẽ talis intẽtionis ipm nũc se tenet magis ex parte rõnis. mobile vo se tenet magis ex parte rei. Si igit nũc se tenet magis ex pte rõnis: sufficit ꝙ sit ibi diuersitas rationis ad hoc ꝙ absolute ꝯcedamus plura nũc eẽ in eodẽ tpe. Sed qꝛ mobile se tenet magis ex parte rei: non possumus absolute ꝯcedere plura mobilia esse in aliquo motu nisi sit ibi diuersitas ẜm rez ex hoc aũt magis apparet qđ dicebat in qõne pmissa. vꝫ ꝙ nũc nõ est ꝯtinuatiuum tpis nisi ẜm ꝙ reducit in sbam rei mobilis. Nã cum tẽpus sit qđ ꝯtinuum mãliter ⁊ ut habet esse in re extra. sit aũt numerus formaliter ⁊ ut est apphẽsum a ratione: nũc ut nũc est ⁊ ut se tenet ex parte rõnis non erit idem in toto tpe ⁊ per ꝯñs nõ faciet tẽpus ꝯtinuũ. Sed poti⁹ ꝯtinuabit ipm: ut se tenet ex pte rei: ⁊ ut est idẽ qđ substãtia rei mobilis. ℭ Deide cũ dicit.

ℭ Aliud aũt cũ tps qđ est huius prope sit: veniet nũc: qꝛ hodie venit venit nũc: qꝛ hodie venit. Sed in Ilion facta nõ sunt nũc: neqꝫ diluuiũ factũ est nũc: tamẽ tps continuũ nunc est: sed quia non est ꝑpe.

ℭ Ponit scđam acceptionẽ ipsius nũc. d. ꝙ aliud autem. i. alio modo accipit ipsum nũc cum tẽpus qđ est huius. i. qđ dicit nũc ꝑpe sit ipsi nunc in quo sumus ut dicimus de aliquo: qm̃ veniet nũc: in futuro: qꝛ veniet hodie. vel venit nũc in preterito: qꝛ venit hodie. Sed facta in Ilion. i. in troia nõ sunt facta nũc: neqꝫ diluuiũ factum est nũc. Nã ⁊ cum tẽpus ꝯtinuuz est: qꝛ illud tẽpus cũ toto alio tpe est cõtinuum isti tpi: sed tñ qꝛ tẽpus illud non est ꝑpe isti nũc in quo sumus: ideo talia facta nõ dicuntur fuisse nũc. pꝫ ergo ꝙ nũc vel accipit pro aliquo indiuisibili: vel accipitur pro aliquo tpe breui qđ est ꝑpinquũ nũc in quo sumus. ℭ Deide cum dicit.

ℭ Ipsuz aũt tũc tps determinatũ per prius nunc est: ut tunc destructa est troia: ⁊ tunc erat diluuiũ. Oportet enim includi ad ipsum nũc. Erit enim quãtũ aliqđ ab hoc tẽpore in illud quod erat in pteritũ.

ℭ Postqꝫ determinauit de nũc determinat de qbusdã alijs intẽtionibus tpis. Circa qđ tria facit: qꝛ primo determinat de tũc. 2° de iam. 3° determinat de modo ⁊ de olim ⁊ de repẽte. 2ª ibi[ipsum autẽ iam.]3ª ibi[ipsum aũt modo.]Circa primũ duo facit: qꝛ pmo determinat de ipso tũc. scđo ꝑpter ea que dixerat mouet qõnem quandã ibi[si vo neqꝫ tẽpus.]Dicit ergo ꝙ ipm tunc est tẽpus determinatũ per prius nũc: ut tũc destructa est troia tunc erat diluuiũ. Nunqꝫ enim dicimus de aliquo tũc fuisse nisi facta sit mẽtio de aliquo nũc respectu cuius dicamus hꝰ fuisse: opꝫ aũt tunc includi inter tẽpus in quo sumus: ⁊ ad ipsuz nũc de quo facta est mentio. erit enim aliqñ tẽpus. i. aliqđ tẽpus ⁊ determinatũ ⁊ finituz ad hoc tpe in illud tẽpus: de quo dicimus fuisse tũc: ⁊ hoc erat ad pteriti. ℭ Notãdum aũt ꝙ tũc dicit aliquod tẽpus fixum ⁊ determinatum per aliquod nunc: ⁊ qꝛ est magis nobis determinatum tempus in pterito qꝫ in futuro magis utimur hoc aduerbio tunc in preterito qꝫ in futuro. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Si vo neqꝫ tps est: quod nõ sit tunc: oẽ erit tps finitũ. Aut ergo deficiet: aut non. Siquidem semper est motus. Aliud igit aut idem multotiens. Manifestum quoniam ut utiqꝫ motus: sic ⁊ tempus est.

ℭ Ex his que dixerat mouet quandã qõnez de ipso tpe. Circa qđ duo facit: qꝛ pͦ mouet qõnez. 2° soluit ibi[Siqdẽ semp.]Dicit ergo. si vo neqꝫ est tẽpus qđ nõ sit tũc. i. qđ nõ designari possit per tũc: qꝛ tũc ut dicebat dicit tẽpus determinatum finitũ esse. i. totuz tẽpus erit finitũ. nostra lr̃a habet erit futurũ sed est corrupta ut patet ex alia lr̃a ⁊ ex trãslatione cõmenti: qꝛ igit sic est merito. queritur autez ergo deficiet tempus aut non. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Siquidem enim vnus ⁊ idem sit mot⁹ aliquando erit ⁊ tempus vnum ⁊ idez. Si autem non: non erit.

ℭ Semp soluit. Circa qđ duo fac: qꝛ pͦ ostẽdit silr̃ eẽ de tẽpore ⁊ de motu. 2° adducit spãlem rõnẽ de ipso tpe ꝙ nunqꝫ deficiet ibi[Qm̃ aũt ipsum nũc.]Dicit ergo ꝙ siqdẽ semp est motus: aut alius: aut idem multotiens manifestũ: qm̃ utiqꝫ sicut est motus: sic est ⁊ tẽpus. siqdẽ enim vnus ⁊ idẽ sit motus erit tẽpus vnũ ⁊ idem. si aũt nõ est vnus motus nõ erit vnũ tẽpus. ℭ Notãdum aũt ꝙ lꝫ omne tẽpus acceptũ sit finitũ: qꝛ omne tale tps potest designari per tũc. tñ ẜm opinionẽ phi tẽpus infinitũ est ⁊ nunqꝫ incepit ⁊ nunqꝫ desinet: sicut motus nunqꝫ incepit ⁊ nunqꝫ desinet. immo loquẽdo de motu pͥmo sic sequit tẽpus motũ: ꝙ sicut est vnus motus: sic est vnũ tps. ⁊ sicut nõ est vnus mot⁹: sic nõ est vnũ tẽpus. motus aũt ẜm sui totalitatem est ꝯtinuus. partes tamẽ eius habẽt diuersitatẽ adinuicez: ita ꝙ reuolutio que preterijt: nunqꝫ redibit in eodẽ numero: qꝛ quoꝝ substãtia depit nõ redeunt eodẽ numero ut dicit circa finez de generatione. sic ⁊ tẽpus qđ pterijt ut estas aut autũnus nunqꝫ redibit idem numero: poterit tamẽ redire idem tempus ⁊ redire idem specie. ℭ Deinde cuz dicit.

ℭ Quoniam autem ipsum nũc pͥncipium ⁊ finis tpis est: sed nõ eiusdẽ: sꝫ pteriti quidẽ finis. pͥncipium autem futuri habebit sicut circulus quodãmodo: ⁊ in eodẽ ambitũ ⁊ planũ: sic ⁊ tempus semper in pͥncipio ⁊ fine. Et propter hoc videt semp alterum. Non eni semper eiusdem pͥncipium ⁊ finalitas ipsum nunc. simul eniz

⁊ ꝺm idē opposita essent: ⁊ non deficiet itaq̄ tempus: sem̄p enim in principio est.

¶ Adducit sp̄alē rōnē ad oñdēdū ꝙ tp̄s nunq̄ deficiet dicēs: ꝙ ip̄m nūc est p̄n^m ⁊ finis: ꝫ nō eiusdē sed p̄teriti q̄dē est finis: futuri aūt p̄n^m. hēbit ergo seip̄m tp̄s sicut circulus in quo q̄dāmodo in eodē .s. in eadē p̄te est ambitū ⁊ planū. i. est gibbositas ⁊ ꝯcauitas ut hēt lr̄a p̄^{ti}. Sicut ḡ in q̄libet p̄te circuli est gibbositas ⁊ ꝯcauitas: ⁊ sicut in q̄libet p̄te circuli est pūct^{us} qui est p̄n^m vni^{us} linee ⁊ finis alterius sic ⁊ tp̄s q: assimilat̄ circulo: ⁊ seq̄t motū circularē semp̄ est in p̄n^o ⁊ in fine: q: q̄libet istās in tp̄e hēt rōnē p̄ncipij ⁊ finis: ⁊ p̄p̄ h̄ tp̄s semp̄ vr̄ eē̄ alterū: ex eo eni ꝙ nūc in tp̄e est p̄n^m ⁊ finis sequit̄ ꝙ tp̄s hēat alteritatē in suis p̄tib^{us}: q: semp̄ ip̄m nunc nō est eiusdē p̄tis tp̄is p̄n^m ⁊ finis: q: tūc ipsi nūc ꝺm idē inecūt ei opposita q̄d est incōueniēs. Ex h̄ ēt sequit̄ ꝙ tp̄s nō deficiet: q: semp̄ est in suo p̄n^o.

¶ Postq̃ phs ostendit q in alijs generib⁹ a q̃litate q̃titate ⁊ ubi nõ est mot⁹. in p̃te ista declarat q in his tribus gñibus est mot⁹. ueruꝫ q: motui videt repugnare imobilitas ⁊ quies: ideo tria facit: q: p̃ ostendit in dictis trib⁹ generib⁹ esse motuꝫ. scd̃o ostendit quot modis aliqd dicit imobile. tertio determinat de ipsa quiete. 2ᵃ ibi⌊ imobile aũt.⌋ 3ᵃ ibi ⌊ Sed qdẽ gescere.⌋ Circa p̃ᵐ duo facit: q: p̃ ostẽdit in trib⁹ dictis gñib⁹ esse motũ. 2° determinat de unoq̃ꝫ tali motu singul'r ⁊ p se ibi⌊ mot⁹ qdẽ igr̃.⌋

Dicit ꝰ qm̄ mot⁹ nō est neq; sube neq; ad aliqd ne ꝙ ipsius facē: aut ipsi⁹ pati relinquit motū esse solū fm̄ q̄letaut quātitā: aut ubi. in vnoquoq; eni hoꝝ est ꝯrietas. ¶ Dubitaret forte aliqs utrum neꝝ sit ꝙ in q̄litate q̄ntitate ⁊ ubi sit ꝯrietas. vī eni pħs ꝯ dicere. Nā in p̄dicamētis dicit ꝙ q̄ntitati nihil est cōtrariū. Dicendū ꝙ ut superi⁹ tangebat ꝯrietas est q̄dā distātia. hui⁹ aūt distātia itelligit hēre aliquā latitudinē. Si eniꝫ imaginemur sub eodē gñe esse plēs formas ut in gñe coloris albū nigrū fuscū in h̄ gñe illa erūt ꝓprie ꝯria iter que itelligit eē maius spatiū ⁊ maior mot⁹: ut q: eundo ab albo in nigrū est maxim⁹ mot⁹ qui possit repiri in gñe coloruꝫ: iō in tali gñe ꝓprie albū ⁊ nigrū ꝯrietatē hñt: q: posita sub eodē gñe maxie a se distāt. ut ꝰ videm⁹ q̄lis ꝯrietas est in dictis gñib⁹ distinguēdū est de distātia. possum⁹ eni distinguē triplicē distātiā in formis fm̄ ꝙ forma tripl̄r ꝯsiderari pōt. p̄ eni cōparari pōt forma ad suā eēntiā ꝑ quā collocat in sp̄e. 2° ad suum eē qđ hēt in mā. 3° v̄o cōparari pōt ad motū ꝑ queꝫ iducit. ois ꝰ distātia in formis ul' est accipiēda fm̄ eēntiā uel fm̄ eē uel cōparationē ad motū. Si accipiat distātia per cōparationē ad eēntiā fm̄ eā non poterit accipi oppositio ꝯtraria: s; solū ꝯdictoria. forme eniꝫ distāt per eēntiā inq̄ntū vna nō est alia. Nā cū forma sit simplici eēntia ꝯsistēs fm̄ talē distātiā: non ꝓprie poterit accipi spatiū ⁊ latitudo nec ꝓprie dicet talis distātia eē maxia: q: ꝓprie nō est quāta. forma eni sic accepta magis itelligit simplex ⁊ indiuisibilis q̄ hñs ptes. S; si accipiat distātia fm̄ eē uel fm̄ motū sic poterit ibi eē ꝯrietas. Nam fm̄ h̄ forme aliq̄ vident quādā latitudinē hēre. pñt eni forme quādā latitudinē hēre fʒ eē qđ hñt in mā: q: quedā intēdunt ⁊ remittunt in suis subiectis: sic ēt repit in formis distātia hñs latitudineꝫ fm̄ motū: q: q̄dā per trāsmutationē ⁊ motū successiue acq̄ri hñt. Cū ꝰ q̄rit quō repiat ꝯrietas in p̄dictis generib⁹ dici pōt ꝙ in q̄litate repit cōtrarietas q̄ntuꝫ ad esse inq̄ntum in eis repit intēsio ⁊ remissio. albedo eni ⁊ nigredo q: pñt in mā hēre eē intēsum ⁊ remissum. iō repit in eis oppositio ꝯrietatis: q: fm̄ esse qđ hñt in mā albū ⁊ nigrū maxie a se distāt. in q̄ntitate v̄o ⁊ ubi repit ꝯrietas nō per cōparationē ad eē: q: talia nō suscipiūt magis ⁊ min⁹ nec intensionē ⁊ remissionē. Sed repit in eis ꝯrietas q̄ntuꝫ ad motū: q: fm̄ motū talia successiue acq̄runt. itelligit ꝰ iter talia eē distātia q̄ntū ad motū ꝓut req̄rit magn⁹ uel puus mot⁹ fm̄ queꝫ acq̄runt. mobile eni nō mutat sil' totū suum ubi: sed mutat ptē post ptē: ⁊ augmētabile nō acq̄rit totā suā q̄ntitatē sil'. sed acq̄rit ptem post ptē. Cū ergo ibi sit mot⁹ ⁊ successio: q: hui⁹ mot⁹ pōt eē maior ⁊ minor: in talibus pōt accipi distātia pua, magna ⁊ maxia ꝓp qđ ibi pōt attēdi q̄dā ꝯrietas ꝑ cōparationeꝫ ad motum ꝓut fm̄ talē acceptionē repit ibi distātia hñs latitudinē nō q̄ncūq; s; latitudinē maximā. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs utrū simpl'r cōcedendū sit in q̄ntitate ⁊ ubi eē ꝯtrarietatē sicut absolute ꝯcedim⁹ ꝙ qualitati est aliqd ꝯtrariū. Dicendū ꝙ distantia maxia ⁊ distātia hñs latitudinē fm̄ quā acq̄rit cōtrarietas ut tactū est: nō est accipiēda in formis fʒ eēntiā ꝓut hñt esse simpl'r ⁊ q̄si pūctale. Sed accipi pōt fm̄ eē ul' fm̄ motū: q: fm̄ h̄ pōt cōpetē formis hēre latitudinē q̄ndā. cū ꝰ q̄rit in qb⁹ formis cōcedi dʒ cōtrarietas simpl'r ⁊ absolute: patet ꝙ cum forme māles diffiniri hēant per cōparationem ad mām ⁊ fm̄ esse qđ habēt in mā. nō aūt diffiniri habeāt per cōparationē quā habēt ad motū cōtrarietas que cōpetit formis per cōparationē ad eē ꝯtrarietas simpl'r: sed que cōpetit eis per cōparationē ad motū est ꝯtrarietas fʒ qd. in q̄litate ergo est cōtrarietas simpl'r: q: qualitates quedā intēdunt ⁊ remittunt ⁊ hñt cōtrarietatē fm̄ esse. in q̄ntitate v̄o ⁊ ubi est cōtrarietas q̄dāmō ⁊ per cōparationem ad motū. pħs ergo q: in p̄dicamētis loquit de cōtrarietate. simpl'r ait ꝙ q̄ntitati nihil est ꝯtrariū s; qualitati fm̄ eūdē ibidē est aliqd cōtrariū. hic aūt ubi loqtur de ꝯtrarietate per cōparationē ad motū ait ꝙ ꝯtrarietas est in q̄ntitate qualitate ⁊ ubi. in oibus enim istis est cōtrarietas fm̄ motū. Sed in q̄ntitate ⁊ ubi est cōtrarietas fm̄ motū tm̄ ⁊ nō fʒ esse. in qualitate v̄o est ꝯtrarietas tā fm̄ esse q̄ fm̄ motū. eo eni ipso ꝙ albedo ⁊ nigredo ⁊ cetere tales qualitates fm̄ quas habet eē mot⁹ nō habēt eē punctale ⁊ si intēdunt ⁊ remittunt fm̄ eē qđ hñt in mā dicunt hēre cōtrarietatē fm̄ motū. Nā a distātia fm̄ esse sumi pōt fʒ motū: q: que plus distāt fm̄ esse si esse debeat trāsit⁹ ab vno in aliud erit ibi maior mot⁹: quare quecūq; sūt ꝯtraria fʒ eē sūt cōtraria fm̄ motū. sed nō cōuertit ut patet per habita. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs quare magis accipienda est ꝯtrarietas q̄ntū ad distātiā fm̄ esse q̄ q̄ntū ad distātiā fm̄ eēntiā. Dicendū ꝙ triplici via uenari possumus cōtrarietatē in formis accipiendā esse fm̄ distātiam in esse. Prima via q̄dāmodo tacta est. nā ut dicebat distātia faciēs cōtrarietatē nō est distātia quelibet sed distātia maxima ⁊ hñs latitudinē. Nō ergo fm̄ talē distātiā statim cū recedimus ab vno extremo sumus in alio. Cū ꝰ forme sint simplices fm̄ essentiā nec q̄ntū ad essentiaꝫ tollat in eis pars post partē. sed tollat tota essentia simul oportet ꝙ fm̄ distātiā essentiaꝝ statim cū recedimus ab vna forma sim⁹ sub alia forma. talis ꝰ distātia nō hēt latitudinē ꝓpter qđ nō faciet cōtrarietatē. imo si fm̄ talē distātiā cōparemus multas formas adinuicē ordinatas: q: magnitudo non cōponit ex indiuisibilib⁹ nunq̄ fm̄ hāc viā inter formas accipiet distātia magna ul' distātia habēs latitudinē. Si enim statim cū recedim⁹ ab albo essemus in palido ⁊ postea statiꝫ in fusco ⁊ postea statim in nigro fm̄ hūc modū inter albū ⁊ nigrū non esset distātia magna nisi magnitudo cōponeret ex indiuisibilib⁹. imo ab albo in nigro fm̄ hūc modū nō iretur in tpe nisi tps cōponeret ex instātib⁹. Sʒ si cōsiderent forme ꝯtrarie fm̄ eē sic cōpetit eis habere latitudinē. lʒ eni tota essentia albedinis simul tollat. nō tamē simul tollit totū eius eē. Sed albedo ⁊ cetere tales forme fm̄ esse habēt magnā latitudinē quare fm̄ esse in hui⁹ formis pōt accipi distātia maxima ⁊ habēs latitudinē. ꝓpter qđ cum huius distātia faciat cōtrarietatē accipiēda est in eis cōtrarietas fm̄ esse: sicut etiā accipi pōt cōtrarietas in formis fm̄ motū: q: ut supra dicebat ⁊ ēt ut infra clarius patebit inter formas fm̄ motū accipi pōt distātia maxima quare ⁊ cōtrarietas. Secūda via ad ostēdēdū cōtrarietatē in formis accipienda est fm̄ esse ⁊ nō fm̄ essentiā: q: ut plane patet albū in ligno nō cōtrariat nigro in pariete: sed nigro qđ est aptum natū esse in ligno. cōtrarietas enim accipiēda est respectu eiusdē subiecti qđ non

esset si contrarietas in formis accipienda esset sm essentiam uel sm rationem qdditatis. nigrum enim ut habet eē in pariete uel in ligno uel in aliquo alio subiecto per se s3 ꝙ huiusmodi diuersificaſ quātū ad esse: qr in alia ⁊ alia mā hēt aliud ⁊ aliō eē. Nō autem diuersificanſ ꝗ̄tum ad rationem quidditatis. tertio qr talis ꝯrietas accipienda est s3 esse. ex hoc patet ꝙ si huius forme accipianſ non sm esse materiale qō habent nō ulterius itelliganſ esse cōtraria. vnde in intellectu spēs albi ⁊ nigri ꝯrietatē non habent ⁊ in aere similitudines diuersorum colorꝫ sibi nō ꝯrianſ adinuicē. Dicamus ergo ꝙ ipsa albedo est ꝯria nigredini ⁊ essentie horꝫ colorꝫ ꝯrietatē habent adinuicē sed nō ut essentie sunt sed sm eē qō habent in mā propter qō si esset possibile ꝙ haberēt esse separatum nō ulteri⁹ mereren̄ſ dici cōtraria. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Motus quidē igiť sm quale alteratio sit huic enim alludit cōmune nomē. Dico autem quale non in substātia ⁊ nāq3 differentia quale est: sed qō passiuum sm qō dicitur pati: aut impassibile esse.

¶ Exequiť de vnoquoq3 tali motu per se circa quod duo facit: qr primo facit qō dictū est. secundo mouet quādā questiones circa determinata ibi. Que autem est in eadē. Circa primū tria facit: qr primo exequiť de motu in qualitate. tertio de motu s3 locum. secūda ibi. qui vō sm quātū. tertia ibi. qui aūt sm locum. Dicit ergo ꝙ mot⁹ qui est sm quale alteratione fit. ⁊ subdit ꝙ huic alludit cōe nomē motus enim in qualitate habet vnū cōmune nomē quia cōmuniter dicitur alteratio. Adducit autē. Dico autem quale nō in substātia: qr qualitas de qua hic loquimur nō est accipienda in substātia ⁊ nāq3 differentia substātialis est quid quale sed sic nō accipiť h qualitas sed accipiť sm ꝙ est quid passiuū ⁊ sm qō diciť pati: aut sm ꝙ esse habet impassibile. a qualitatibus enim sortiť aliquid esse passiuum ut si sit molle. uel eē impassiuū ut si sit durū. ¶ Notandū autem ꝙ forma substātialis ut differētia substantialis dicitur qualitas non rōne rei sed ratione modi: quia habet quendam modum qualem. sed de tali qualitate nō loquimur cū dicimus ꝙ mot⁹ est in qualitate. Nam si in qualitate tali esset motus sequeretur ꝙ mot⁹ eēt in predicamento substātie cū tales ꝗ̄litates sm rem substātie quedā sunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qui vō sm quātum cōe qdem innominatus est: sed sm utrunq3 aut augmētū: aut decrementum. Qui quidem est imperfectam magnitudinem augmentum est. Qui vō ex hoc decrementum.

¶ Determinat de motu in quātitate dicēs ꝙ motus qui est sm quantum sm cōmune nomē est innominatus. Non enim habem⁹ vnū cōmune nomē per qō nominemus motū in ꝗ̄titate. Sed sm utrūq3 motum nominamus tm̄ duplici nomine. videlicet: aut augmentum: aut decremētum ut mot⁹ qui est in magnitudinem perfectam dicitur augmētum: motus autem qui est ex hoc. i. ex magnitudine pfecta ⁊ tendit in imperfectā dicitur decrementū. ¶ Dubitaret forte aliquis quare non habemus vnū nomen cōmune quo nominemus omnē motum factū in quantitate sicut habemus vnum nomē commune quo nominamus omnē motum factum in qualitate. Dicendum ꝙ motus non reperitur nisi in habentibus aliquo modo cōtrariū. cōtrarietas autē aliter reperitur in qualitate ⁊ aliter in quantitate. Nam in qualitate ut dictum est reperitur cōtrarietas sm esse qō habet in materia. in quātitate vō solum reperitur contrarietas ꝗ̄tum ad motum quare cum vna sit materia que habet esse sub utroq3 cōtrariorꝫ. Non aūt est vnus mot⁹ per quem acquiritur utrūq3 cōtrariorꝫ. imo qr motus recipit species ex forma ad quā est motus: ubi repitur ꝯrietas solum ex parte motus ꝓpter diuersitatem formarū mot⁹ ille denominabiť diuersis nominib⁹. S3 ubi reperiť cōtrarietas per cōparationē ad esse qō habent forme in subiecto propter unitatē subiecti huius motus denominari poterit vno cōmuni nomine. in qualitate ergo mot⁹ habet vnū nomē cōmune ꝓpter vnum cōmune subiectum. Sed in quātitate nominaſ motus diuersis nominib⁹ ꝓpter diuersitatē formarꝫ acqsitarum per motum. uel possumus dicere ⁊ clarius ut accipiaſ h diuersitas non ex diuersitate cōtrarietatis sed ex diuersitate denominationis que est in motu. mot⁹ enim in qualitate non denominat ipsam formā sed solum denominat subiectū. Nō enim dicim⁹ sc̄ḋm modū phi ꝙ albedo albaſ sed ꝙ subiectū albaſ: utrū aūt possimus cōcedere ꝙ albedo sit alba uel ꝙ albedo albeſ cū augeſ concedat candorem esse candidū nō est ꝑsentis speculationis. sufficit enim hic loqui s3 modum phi ⁊ dicere ꝙ motus in qualitate nō denominat formam sed subiectū: in quantitate vō denominat ipsam formam. cōcedim⁹ enim ꝙ quātitas sit magna ⁊ ꝙ sit parua ⁊ ꝙ quātitas augeſ ⁊ ꝙ minuitur. cū ergo in trāsmutatione ⁊ motu sit vnitas ex parte subiecti ⁊ diuersitas ex parte formarꝫ in qualitate ubi mot⁹ denominat solum subiectum qō est vnum ⁊ cōmune habebit motus vnū cōmune nomen: in quantitate vō ubi motus denominat ipsas formas oppositas ꝓpter diuersitatē formarꝫ nō reduceſ in vnum nomen cōmune. ¶ Ulterius forte dubitaret aliquis utrum in quantitate sit inuenire maximam distātiam. Dicendū ꝙ quātitas ut quātitas est non hēt statū in minus nec in mai⁹ ut in tertio ꝓbatur. sed ut est ꝗ̄titas nālis hēt statum ⁊ in minus ⁊ in maius. s3 hoc ergo poterit in motu augmēti repiri maxima distantia: qr erit dare in aliqua specie aliqd ita minimū ꝙ si ultra descenderet nō remaneret in illa spē est assignare ibi ꝗ̄titatē ita magnā ultra quā nō erit trāscendere in illā: qr omni nā ꝯstantium positus est terminus. rōe eorꝫ magnitudinis ⁊ augmēti erit ergo maxima distātia in ꝗ̄titate: put est ibi repire minimū ⁊ maximū. sic ēt erit maxima distātia in ubi: qr est ibi reperire locū oīno inferiorē ⁊ oīno supiorem. Cū ergo maxima distātia inducat ꝯrietatē in quātitate est ꝯrietas per cōparationē ad motū: qr ibi est procedere a minima ꝗ̄titate ad maximā. ⁊ in ubi est ꝯtrarietas ēt per cōparationē ad motū, put imaginamur ꝓcessū a cētro ad orbē uel ab ubi oīno superius ad ubi oīno inferius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qui aūt est sm locum ⁊ sm ꝓpriū ⁊ cōe inoiat⁹ est. Sit aūt loci mutatio uocata:

qđ cōe est. Quāuis dicanť ferri hec sola ꝓprie: cū nō in seipsis sit stare mutantibꝰ locum. Et quecunqꝫ non ipsa seipsa mouent ſm locum.

¶ Determinat de motu ſꝫ locū dicēs ꝙ motꝰ qui est ſm locū est inoiatꝰ ꝛ ſm nomē ꝓpriū ꝛ ſm nomē cōe. ꝛ qꝛ hꝰ motꝰ est oīno inoiatus talis mutatio sit uocata latio q̄ꝫtū ad id qđ est ei cōe q̄ꝫuis latio nō sit nomē oīno cōe oī motui qui est ſm locū cum ꝓprie dicanť ferri hec sola in qbus mutātibꝰ locuꝫ nō sit in seipsis stare uel quiescere. quecūqꝫ eni nō ipsa seipsa mouēť ſm locū eis ꝓprie competit ferri latio ꝗ nō est nomē cōe oī motui sed solū competit motui nō mouētiū seipsa. ¶ Dubitaret forte aliqs cū q̄ ꝑdicamēto sit motꝰ ſm locū. vi ꝙ sit in q̄ꝫtitate. Nā motꝰ est in eodē gñe cū rebꝰ ad quas est motus. cū ergo locus sit in q̄ꝫtitate motꝰ per quē acqriť locus erit in gñe q̄ꝫtitatis. Dicendū ꝙ motꝰ localis est in ꝑdicamēto ubi nō in ꝑdicamēto quātitatis. Nā cū motꝰ sit in corpe mobili sicut in subiecto per se ꝛ ꝓ per hꝰ motū acqreť aliqd in sbto nō aliquid extra subiectuꝫ. Cum ergo locus sit in corpore locante: ubi autem sit in ipso corpore mobili per motū localē per se ꝛ ꝓmo acqreť ubi: ꝛ acqsito ubi acqreť locus cū ubi sumať in ordine ad locū. Cꝫ ergo hꝰ motus dicať motuſ localis nō ꝟ est ꝙ sit in eodē ꝑdicamēto in quo est motꝰ locꝰ nec ꝟ est ꝙ per talē motū per se ꝛ ꝓ acqrať locus. Sed qꝛ notior est nobis locus q̄ꝫ ipm ubi cū ubi sūptuꝫ sit in ordine ad locuꝫ sit ꝟ denoiatio a notiori ꝛ dř motus ſm locū. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs utrū hꝰ motꝰ inominatus est tam ſm nomē cōe q̄ꝫ ſm propriū. Dicendū ꝙ qꝛ nō est nobis oīno notū ubi qđ acqriť per talem motū. iđ hꝰ motum nolamus per circulationem tam ſm nomē cōmune q̄ꝫ ſm proprium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que aūt est in eadem specie mutatio: in magis ꝛ minꝰ alteratio ē. Aut eni ex ꝯrio aut in ꝯriū motꝰ est: aut simplř aut sic.

¶ Remouet quādā dubitationē. crederet enim aliqs ꝙ moueri in eadē forma ut moueri a magis calido in minus calidū uel ecōuerso nō deberet dici alteratio uel motꝰ. ad hoc ergo remouendū ait ꝙ mutatio que est in eadē ſpe in magis ꝛ in minꝰ alteratio est ꝛ motꝰ est. Nā motꝰ aut est ex ꝯrio aut in ꝯriū. ꝛ ꝟ aut simplř ut cū itur a calido in frigidū uel eꝫ uel sic cū itur a magis calido in minꝰ calidū uel eꝫ. lꝫ eni magis calidū nō sit simplř ꝯriū minus calido. est tñ ei ꝯriū sic. i. aliquo mō. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In minꝰ qdē eni uadēs in cōtrariū dicetur imitare. In magis aūt tanq̄ꝫ ex ꝯrio in ipsum. Differt eni nihil ſm qd mutare aut simplr: nisi ꝙ sic indigebit ꝯria esse. Magis aūt ꝛ minus est qđ plus aut minꝰ cōtrarij insunt aut nō. Qđ qdeꝫ igitur hi tres soli motus sunt: ex his māifestū est.

¶ Ideo subdit ꝙ uadēs quidem in minus dicit mutare in ꝯrium. Nā uadēs in minus calidū appropinquať frigido ꝯrio ꝛ dř ire in frigidū: sed uadēs in magis uadit tanq̄ꝫ ex ꝯrio in ipm: qꝛ uadens in magis calidū recedit ex frigido ꝛ ꝑgit in ipm calidum. vñ ait ꝙ nihil differt q̄ꝫtum ad motū mutare in ꝯriū ſm qd aut mutare in ꝯriū simplr: nisi ꝙ mutās sic. s. in ꝯria simplř indigebit esse ꝯria. i. eē ꝯrias formas ſꝫ q̄s attendiť ille motꝰ. magis aūt ꝛ minus est ꝙ pluſ aut minus insit ꝯrij aut nō īsit. Ire eni de minus calido ad magis calidū. lꝫ nō sit ire de forma ꝯria in formā ꝯriam simplř est tñ ire ab eo qđ hēt plus de ꝯrio ꝛ qđ est magis ꝑmixtuꝫ in id qđ hēt minus de ꝯrio ꝛ est magis impmixtū ꝑꝑ qđ aliquo modo ꝯrietas reseruatur ibi. subdit aūtē quasi epilogando ꝙ manifestuꝫ est ex his ꝙ hi soli tres sunt motus: videlicet in quantitate q̄litate ꝛ ubi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Imminobile aūt est qđ oīno ipossibile est moueri: sicut sonꝰ iuisibilis. Et qđ multo tpe vix moueť: aut qđ tarde incipit: quod dicitur grauiter mobile. Et quod aptum natū est moueri ꝛ possibile: nō mouetur aūt tunc: cū aptū natū est ꝛ ubi ꝛ sic.

¶ Ostēdit quot modis diciť imobile dicēſ ꝙ mobile diciť tripliciter. nā vno modo diciť imobile qđ ipossibile est moueri ut sonus est inuisibilis. scđo mō dř imobile qđ in multo tpe vix moueť aut qđ tarde incipit moueri. uel ēt diciť sic imobile qđ est grauiter mobile. i. de difficili mobile. 3ꝰ mō dř imobile qđ est aptū natum moueri ꝛ possibile moueri. nō tamē moueť tūc tñ est aptū natū moueri. ꝛ ubi est aptū natū moueri nō moueť sic ut est aptū natum moueri. hoc ergo mō accipiēdo imobile qcqd est aptū natū moueri dū nō moueť diciť imobile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod quidem quiescere uoco imobilium soluꝫ. Cōtrarium enim quies motui est. Quare priuatio erit susceptiuum.

¶ Ostēdit quō accipiēda sit qes dicēs ꝙ hoc solum imobiliū. in ꝟ soluꝫ de numero imobiliū qđ qdem est aptū natū moueri ꝛ nō moueť dico qescē. ꝛ est rō: qꝛ qes est ꝯriū motui. q̄re qes erit ꝑuatio susceptiui motꝰ. id ergo qđ est susceptiuū motꝰ ꝛ est aptum natū moueri ꝛ nō mouetur: sed est priuatum motu id proprie quiescit. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quid quidem igitur motus: ꝛ quid qes: ꝛ quot mutationes: ꝛ quales motus: manifestum ex dictis.

¶ Ultimo epilogat circa determinata dicēs. Quid qdem igiť est motꝰ ꝛ qd qes ꝛ quot sunt mutationes ꝛ quō diuidiť mutatio in suas spēs ꝛ q̄les sūt motus. i. in qualibus generibꝰ habet esse motus ꝛ quot sunt species motꝰ manifestū est ex dictis.

Lectio. V.

Post hec aūt dicamus qd est simꝫ: ꝛ qd est tāgere: ꝛ qd est mediū: ꝛ cōsequēter ꝛ qd habitū: ꝛ qd cōtinuum. ꝛ in qualibet re vnumquodqꝫ horū esse aptum natum sit.

¶ Ut dicebať in hoc q̄nto de tribꝰ intendiť. videlicet de diuersitate specierū motꝰ: ꝛ de vnitate motꝰ: ꝛ de ꝯrietate ipsiꝰ. expedito ergo ꝓmo qđ determinatū est in quibꝰ ꝑdicamētiſ est motꝰ ꝛ que sunt spe

cies eius. In parte ista exequit de secūdo. videlicet de vnitate ipsius mot⁹. circa qđ duo facit: qz pmo pmittit quedā necessaria ad ppositū. 2° determiat de vnitate mot⁹ ibi ⌊ vnus autē mot⁹ dicit. ⌋ Circa pm duo facit: qz p narrat ea de qb⁹ est determinatu rus. 2° icipit determinare de illis ibi ⌊ Simul qdez igit. ⌋ Dicit g̃ q post h̃ que dicta sūt dicam⁹ qd est sil' z qd est e͡xctū. i. qd est esse sepatū ut hēt alia litera: z qd tāgere z qd mediū z qd p̄sīter z qd habitū z qd ptinuū z q̃libet. i. in q̃libet uel in q̃cūqz re vnūqđqz hoz sit aptū natū esse. dicet eni nō solū qd est vnūqđqz dictoz sed ēt ondet in qb⁹ rebus habent esse predicta. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Simul qdē igit dicunt hec esse fm locū: quecūqz in vno loco sunt primo.

ℭ Exequit de vnoquoqz dictoz. Circa qđ duo facit: qz p ostēdit qd sit vnūquodqz pdictoz. 2° declarat in quib⁹ rebus hñt esse pdicta ibi ⌊ manifestum aūt z qd pmū. ⌋ pma pars posset diuidi in ptes septē fm q septē pmiserat esse dicēda. p eni ostēdit qd est sil' esse. 2° qd sepatū. 3° qd tangere. 4° qd mediū. 5° qd p̄sequēter. 6° qd habitū. 7° qd continuū. 2ª ibi ⌊ separatū aūt. ⌋ 3ª ibi ⌊ tāgere aūt. ⌋ 4ª ibi ⌊ mediū vo. ⌋ 5ª ibi ⌊ p̄sīter aūt. ⌋ 6ª ibi ⌊ bitū aūt est. ⌋ 7ª ibi ⌊ ptinuū aūt est. ⌋ Dicit aūt q sil' qdez igit dicunt esse fm locuz quecūqz in vno loco sunt p z pprio. nā si vellemus accipe simul quecūqz sunt in codez loco cōmuni. sic oia sunt simul: qz oia sunt in celo. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Separatum aūt quecūqz sūt altero. Tāgere aūt quorum ultima simul.

ℭ Deinde ondit qd est eē sepatim dicēs q esse sepatum hñt quecūqz sūt in loco altero. ℭ Deinde ostēdit qd est tāgere z que se tāgūt. dicit q tāgere aūt se dicunt illa quoz ultima sūt sil'. ℭ Dubitaret forte aliqs utrū corpa se tāgētia hēant ultima sil'. Dicendū q q̃ticūqz aliq̃ duo sic se hñt q totū attingit totū de necessitate illa sic se hñt q sunt in loco eodē p z in eodē situ. Si eni duo lapides sic se haberēt q vn⁹ totū attingēt aliū z ec̄ de necessitate illis lapidib⁹ cōpeteret idē sit⁹ z idē loc⁹ nō solū cōtinuus sed ēt idē loc⁹ pprius z pmus. Nā si vnus lapis ul' aliqd de illo lapide eēt in vno loco in q̄ nō eēt ali⁹: tūc ille lapis saltē fm illā ptē fz quā poneret in alio loco nō attigeret ab illo lapide cui⁹ p̄riū ponebat. Si eni bñ attendim⁹ vim dicti est q̄si per se notū: qz q̄ticūqz aliq̃ duo sic se hñt q totum attingit totū de necessitate illa sūt simul z eis cōpetit idē sit⁹. Si g̃ linee se tāgūt tāgēt se fm ultia pūcta. Cū ergo pūct⁹ nō hēat ptem z ptē ops illa pūcta esse ptingētia se fm totū. erūt ergo illa pūcta simul: qz totuz vnius attinget totū alteri⁹. rursus si supficies se tangāt tāgēt se fm ultimas lineas. Cū ergo linee ut sūt termini supficiez sint idiuisibiles: qz carēt latitudine in tali cōtactu tota illa linea fm quā est cōtact⁹ vnius supficiei attinget totā aliā lineā fz quā est cōtact⁹ alteri⁹. Sic ēt si corpa se tangāt: qz supficies ut sūt termini corporū sūt indiuisibiles cū nō hēant pfūditatē oportebit q supficies illa fm quā est cōtact⁹ vnius corpis attingat totaz aliā fm quā est cōtact⁹ alterius: q̄re ille due supficies simul erunt. Siue ergo se contingētia sint linee siue supficies siue corpora de necessitate habebūt ultima simul. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Mediū vo in qđ aptū natū est pmū ptingere mutās: q̄z i q̄d ultimū mutat fz nāz ptinue mutās. In minimis aūt ē mediū i trib⁹: ultimū qdē eni mutationis p̄riū est.

ℭ Ostēdit qd est mediū: z qz diffinit mediū per cōparationē ad motū cū mediū videat facē ad continuitatē z ad p̄rietatē mot⁹. ideo tria facit. qz p ostēdit qd est mediū. 2° ostēdit quō ex spatio medio accipiēda est ptinuitas in motu. 3° manifestat quō ex h⁹ spatio medio accipiēda est p̄rietas in ipō motu. 2ª ibi ⌊ cōtinue aūt mouet. ⌋ 3ª ibi ⌊ p̄riū aūt. ⌋ Dicit ergo q illō est mediū in qđ mutās. i. id qđ mutat siue mobile pm est aptū natū ptingere. Nā mutās ptinue fm nām. i. fm nālem mutationē pus mutat in quod mediū q̄z in qđ ultimū. Addit aūt q medium in minus est in trib⁹. nō pōt enim intelligi mediū nisi intelligant duo extrema z vnū medium. Subdit etiā q ultimum quidē enīz mutatiōis est p̄riū. illud eni est p̄riuz in qđ mutās ultimo mutat z quod maxime distat. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Cōtinue aūt mouet: quod nihil aūt paucissimū deficit rei: nō tpis. Nihil eni phibet deficiētē rei nō tpis: z statim aūt post hypatin. i. pmā sonare ultimaz sed rei in quā mouet. Hoc aūt z in his que sūt fm locū: z in alijs mutationib⁹ manifestū est.

ℭ Quia fecerat mētionē de motu ptinuo ondit quō ex medio spatio accipit ptinuitas. Nā modica itercisio in spatio medio: dū tamē non fit ibi intercisio tpis nō tollit cōtinuitatē mot⁹. iō ait q ptinue mouetur qđ nihil aut paucissimū deficit rei. i. de cōtinuitate spatij nō tpis: qz nihil debet ibi deficere de ptinuitate tpis. ponit enim colter exēplum q si in aliqua via ponant lapides nō se tāgētes: dū tamē illi lapides nō multū distent ab inuicez poterit qs sup illos moueri ptinue. Nā lz sit ibi quedā intercisio spatij super qđ moueat. nō tamē discōtinuatur mot⁹ si nō discōtinuat tps. nihil enim phibet deficientē rei nō tpis esse motū cōtinuū. videm⁹ eni q statim post hypaum. i. post pmā chordā ptingit sonare ultimā. absqz eni discōtinuatiōe tpis z absqz discōtinuatiōe mot⁹ manus pōt qs sonare pmam chordam z postea sonare ultimā absqz eo q sonet chordas itermedias. h aūt discōtinuatio no discōtinuabit motū: qz nō est tpis sed rei. iō subdit q h est rei in quā mouet z fm quā est mot⁹. Nā taz in his que sunt fm locū q̄z ēt in alijs mutationib⁹ ut in tactu chordaz pōt eē ptinuitas mot⁹ si sit ibi alīqualis intercisio rei: dum tamē nō sit ibi intercisio temporis. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Contrariū aūt fm locū est: fm rectitudinem distans plurimum. Minima enim finita. Metrum aūt finitum est.

ℭ Quia diffiniēdo motū fecerat mētionē de p̄rio cū p̄rietas dicat quādā distātiā. ondit quō talis distātia est accipiēda dicēs q p̄riū fz locū uel ēt fz motū localē plurimū distās. i. plurima z maxima distātia in talib⁹ accipiēda est fm rectitudinē. i. fm lineā rectā. nā linea recta est minima z est finita. metrū aūt. i. mēsura qd finitū z supple qd minimū oz esse. ℭ Notādū aūt q linea recta dicit eē minima

q: inter duo puncta nō pōt ꝓtrahi linea ita breuis sicut recta. rursus linea recta dī eē finita: q: iter aliqua duo pūcta nō pōt ꝓtrahi linea recta nisi vna ꝛ eq̄lis. Sꝫ circulares linee iter duo pūcta pñt ꝓtrahi infinite. Si ḡ id per qḋ mēsuram⁹ alia dꝫ esse qd finitū ꝛ qd minimū. si uolum⁹ mēsurare distātiā iter aliq̄ loca debem⁹ illā distātiā mēsurare ſꝫ lineā rectā ꝛ nō ſm curuam. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Cōsequēter aūt ꝙ cū post pⁱmū solū sit: aut positione: aut specie: aut aliquo sit determinatoꝝ: nullū mediū est eoꝝ que sūt in eodē genere: ꝛ cuius ↄsequēter est. Dico aūt ut linea linee: ſm ꝙ sunt linee: aut vnitatꝭ vnitas: ſꝫ ꝙ sūt vnitates: aut dom⁹ dom⁹. Aliud aūt nihil ꝓhibet esse mediū.

ℭ Ondit qd sit esse ↄñter dicēs ꝙ ↄñter est cū aliqd sit solū post pⁱⁿ aut positiōe sicut ↄtiauū est post cōtinuuꝫ: aut spē sicut nūs est post nūm sicut binari⁹ est post vnitatē aut quocūq; alio mō ordinis ita tñ ꝙ que sūt ↄñter debēt eē de nūo sic determinatoꝝ ꝙ inter ea nullū est mediū eoꝝ que sūt in eodē gñe ꝛ ei⁹ cui⁹ est ↄñter. dico aūt ut linea linee est ↄñter si ſm ꝙ sūt linee nulla linea cadit media inter eas aut vnitas est ↄñter alteri⁹ vnitatis. Si ſm ꝙ sunt vnitates non cadit vnitas alia media iter eos: aut vna dom⁹ est ↄñter alteri⁹ dom⁹ si iter illas domos nō sit alia dom⁹ media. tñ nihil ꝓhibet eē ibi aliqd aliud in medio. dato enim ꝙ iter duas dom⁹ essent arbores uel esset aliqd aliḋ in medio qḋ nō eēt domus nō obstāte tali intermedio diceret vna dom⁹ esse cōsequenter alteri. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Cōsequenter enim alicui: cōsequēter ac posterius aliquid. Non enim vnum consequenter est duobus: neq; noua luna secunde consequenter: sed hec illis.

ℭ Subdit aūt ꝙ ↄñter alicui eē est illi esse aliqd consequēter ac esse aliqd posterius. ꝓus eni nō est consequēter posteriori sed ecōuerso. iō ait ꝙ vnū non est ↄñter duob⁹ nec noua luna est ↄñter scḋe lune i. lune sequēti sed hᷓ sunt ↄñter illis. Naꝫ dualitas est ↄsequenter vnitati ꝛ scḋa reuolutio lune est cōsequenter priori. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Habitum autē est: quod consequenter est: cum tangat.

ℭ Ostēdit qd est eē habitū. Circa qḋ duo facit. q: pⁱ facit qḋ dictū est. scḋo q: fecerat mētionem de medio ꝛ de opposito ostēdit que opposita habēt media ꝛ que nō dicēs ꝙ habitū est qḋ est ↄñter cum tāgat. est ergo habit⁹ spēs ei⁹ qḋ est ↄñter eē. Nā si aliqua se tangāt siue nondū inter ea nō sit mediū eiusdem gñis dicunt esse ↄñter. Sed ad hoc ꝙ dicatur hita oportet ꝙ se ↄtingāt. ℭ Deinde cū dicit

ℭ Qm̄ aūt ois mutatio in oppositis est: opposita aūt cōtraria: ꝛ que ſm cōtradictionem sūt: ↄ̄dictionis aūt nihil mediuꝫ: manifestum est ꝙ in cōtrarijs erit medium.

ℭ Ostendit ꝙ inter que opposita est mediuꝫ ꝛ inter que nō dicit ꝙ ois mutatio est in oppositis. i. ſꝫ opposita. opposita aūt sunt que sunt ↄ̄ria ꝛ que sunt ſm ↄ̄dictiones. ↄ̄dictionis aūt nihil est mediū. manifestū est ergo ꝙ si est mediū in aliquibus oppositis ꝙ erit in contrarijs. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Cōtinuum aūt est quidem qḋ quidē habitum aliquid. Dico aūt esse cōtinuū: cuꝫ idem fiat ꝛ vnus utriusq; terminus eoꝝ que tangunt: ꝛ sic significat nomē contineatur. Hoc aūt esse nō pōt: cuꝫ duo sint ultima. Sed hoc determinato manifestū est ꝙ in his est cōtinuū: ex qb⁹ vnū aliqḋ aptū natū est fieri ſm cōtactum. Et sicut aliqū fit continuum vnum: sic ꝛ totū erit vnuꝫ: ut aut penetratione aut eleuatione aut colla aut tactu: aut adnascentia.

ℭ Ostendit quid est cōtinuum dicēs ꝙ cōtinuuꝫ est habituꝫ aliqd. sicut enim habitū erat spēs eius qḋ est consequenter. sic continuuꝫ est species eius qḋ est esse habitum. ostendit autem quid addat continuum sup esse habitum dicens. ꝙ continuū auteꝫ esse dico cum fiat vnus ꝛ idem terminus utriusq; eoꝝ que tangunt. Nam sic ꝛ nomē significat. i. ꝙ ↄtinuat. cōtinuum enim dī a continendo. illa ergo sunt cōtinua que sibi se tenēt ꝛ que cōtinent in vno aliquo toto. hoc aūt esse nō pōt cū duo sint ultima oportet enim ꝙ cōtinua habeāt ultima. uliter eniꝫ nō se cōtinerent nec se tenerēt adinuicē. hᷓ ergo determinato ꝙ cōtinua habēt ultima vnū: manifestū est ꝙ in his qdē est continuuꝫ ex quib⁹ est aliquod aptum natū fieri aliqḋ vnū ſm cōtactuꝫ. sicut ergo fit aliquādo vnū cōtinuū sic ꝛ totum illḋ erit vnuꝫ per cōtactū. hᷓ ergo erit aut colla aut tactu aut per inclauationē: aut adnascētiā sicut foliū cōtinuat ramo cui est adnatū aut aliquo alio mō. ℭ Notādū autē ꝙ cōsequēter habitum ꝛ cōtinuū se habēt per ordinē. ad hᷓ eni ꝙ aliqua sint ↄñter duo requirunt pⁱ ꝙ sit ibi ordo prioritatis ꝛ posterioritatis. semꝑ eniꝫ quod est ↄñter dicit aliqd qḋ est posterius eo ꝙ se habet tanq; ꝓus ꝛ tanq; ꝓncipiuꝫ. 2° ꝙ sit ibi ordo prioris ꝛ posterioris ꝙ iter illḋ prius ꝛ posterius non cadat mediū eiusdē gñis. Sed ad hoc ꝙ aliqua sint habita uel ad hoc ꝙ sint ↄtinua plus requirit ꝙ ultra hoc qḋ inter ea nō dꝫ esse mediuꝫ eiusdē gñis oportet ꝙ illa sint adeo approximata ꝙ se tangant. Sed ulterius ad hoc ꝙ sint cōtinua ēt plus requiritur: q: oportet ꝙ sic se tangant ꝙ habeant ultima vnum. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Manifestum aūt ꝛ qḋ pⁱmū cōsequenter. Cōtactum quidē enim est necesse cōsequēter esse. Qḋ cōsequēter aūt nō omne tāgere: vñ in priorib⁹ rōne cōsequēter est: ut in numeris. Tactus autē non est.

ℭ Postq; ostēdit qd est mediū ꝛ qd cōtinuū ꝛ quid cetera talia. ostēdit in quib⁹ talia habēt esse. ℭ Aduertēduꝫ aūt ꝙ inter ꝑdicta quedā sunt intēta q̄si principaliter. Quedam aūt fuerūt adducta ad declarationē alioꝝ. Nā de ↄñter de habito ꝛ de cōtinuo intēdebat q̄si ꝑncipaliter determinare. Nam hoꝝ cognitio maxie deseruire videt ad cognoscēdā vnitatē mot⁹. de medio aūt ꝛ de separato ꝛ de tangere ꝛ de simul determinauit: q: cognitio hoꝝ deseruit ad cognitionem eoꝝ que sunt ↄñter ꝛ que sunt habita ꝛ cōtinua: q: ergo de his intēdebat q̄si

ꝑncipaliter ideo ostendit in quibus talia habēt esse circa hoc aūt tria facit. quia ꝑmo ostēdit ꝙ esse cōsequēter est in pluribꝰ q̃ esse habitū. scđo declarat ꝙ esse habitum est in pluribꝰ q̃ esse ꝯtinuū. tertio ex his que dixerat dat differētiā inter vnitatem ⁊ pūctum. scđa ibi⌊ ⁊ si cōtinuū.⌋ tertia ibi⌊ quare si est vnitas.⌋ Dicit g̃ ꝙ manifestū est ꝙ ꝯsīter est ꝑmum. i. ꝑcedit oīa talia. est enim eē ꝑꝰ q̃ esse cōtactum vel q̃ esse habitum. ideo subdit ꝙ est cōtactum. i. qđ est habitum vel qđ est ꝯtiguum necesse est ꝯsīter: sed nō cōuertif. Nā qđ est ꝯsequēter nō oportet esse tāgere. i. esse tactum vel habitū: vnde esse ꝯsīter est in ꝑoribus ratione ut in nūis que sūt priora ſm rationem q̃ ꝯtinua tactus: aut nō est in numeris sed in cōtinuis solum. ¶ Notandū autē ꝙ hic accipif prius pro eo a quo nō cōuertitur cōsequentia. cum ergo omne cōtactum ⁊ omne habitum sit ꝯsīter ⁊ nō econuerso sequif ꝙ esse cōsequēter sit ꝑmū vel sit ꝑꝰ q̃ esse cōtactum. ex hoc aūt apparet in quibꝰ hēt eē ꝯsīter: q2 habet esse in pluribus q̃ esse contactum: q2 habet esse taʒ in cōtinuis q̃ in numeris: ⁊ etiam habet esse in prioribꝰ ſm rationem: q2 numeri ſm rationē sunt ꝑores ꝯtinuis. ¶ Dubitaret forte aliqs utruʒ numerus sit ꝑor cōtinuo. videf ꝙ nō: q2 numerus causaf ex diuisione cōtinui ut probatum fuit in tertio. Sed effectꝰ est prior sua causa ergo. Dicēdum ꝙ cū vnitas sit ꝑor puncto cum pūctus se habeat ad vnitatē per additionē: q2 addit supra eā sitū ⁊ positionē: oportet ꝙ q̃titas discreta ⁊ vniuersalr oīs numerus cuꝰ ꝑncipium est vnitas ꝑor est quātitate continua cuius ꝑncipiū est punctꝰ maxime q2 numerus est ipse vnitates collecte. Si ratio vnius ꝑcedit rōnem ꝯtinui oportet ꝙ ratio nūi ꝑcedat rōnem ꝯtinui. qđ vō dicitur ꝙ numerus causaf ex diuisione cōtinui h̄ est mālr ⁊ q̃si per accidēs. numerus enim causatur ex collectione vnitatū. qđ autē causef ex diuisione cōtinui: hoc ideo est: q2 diuiso ꝯtinuo resultant ibi plures vnitates. ex h̄ aūt nō debemus arguere cōtinuum esse ꝑꝰ nūo. nā sicut nūs quasi per accñs causaf ex diuisione ꝯtinui: sic ⁊ cōtinuū causari pōt ex coniunctione nūoꝝ vel ex numeris. sicut eniʒ diuidēdo continuum efficif nūs: sic si numerata coniungerentur vel clauo vel colla vel aliquo alio modo resultaret tamē continuum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et siquidē ꝯtinuū est: necesse est tāgere Si vō tangit: nondū cōtinuū est. Nō enim necesse est vnū esse ipsoꝝ ultima: si simul sunt: sed si vnuʒ sunt: necesse est ⁊ simul.

¶ Ostēdit in qbus habet esse cōtinuuʒ. est enim esse ꝯtinuū in paucioribꝰ q̃ esse ꝯtactū. ideo ait ꝙ si cōtinuū eē necesse est tāgere. sed nō ꝯuertitur. Nā si tangit nōdum est cōtinuuʒ. Non enim si ultima ipsorū tangētiū sunt simul necesse est ea esse vnū sed ecōuerso. Si ultima sūt vnū necesse est esse simul. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare insertus ultimus est ſm generationem. Necesse est enim tāgere: si adnata erunt ultima. Contacta aūt nō oīa adnata sunt. In quibus aūt nō est tactꝰ: manifestum est ꝙ non est consertus in his.

¶ Ideo subdit ꝙ insertus idest id qđ inseritur alteri per continuationem necesse est esse ultimuʒ ſm generationem ⁊ necesse est supple tangere id cui inseritur ⁊ cui ꝯtinuaf. ergo si ultima erūt adnata. i. insertа ⁊ cōtinua per naturā necesse est ea tāgere. cōtacta aūt nō omnia sunt adnata. nō enim quecūqȝ se tangūt habent insertionem ⁊ continuitateʒ. ideo subdit ꝙ in quibus nō est cōtactus in his nō est cōsertus idest continuitas. patet ergo ꝙ cōtinuū presupponit esse cōtactum ⁊ in pluribꝰ est contactū q̃ continuum. ¶ Notādū aūt ꝙ translatio noua habet. contraria aūt oīa non sunt adnata. ⁊ est littera corrupta. debet enim dicere. contacta aūt ut patet in alia translatione ⁊ ex littera cōmenti. ¶ Notādum etiā ꝙ ait insertꝰ est ultimus ſm generationem. nā cū cōtinuū sit speс cōtacti ⁊ habiti: habituʒ vō sit species eius quod est esse ꝯsīter cuʒ in esse ꝯsīter ut supra dicebaf requiraf ordo ꝑoris ⁊ ultimi opʒ ꝙ in contacto ⁊ in cōserto siue in cōtinuo reseruef aliquo modo talis ordo. ¶ Notāduʒ ēt ꝙ hic per cōsertum ⁊ per adnatum intelligit ulr esse cōtinuum qđ sit vnum per aliquā adnationem vel per aliquē cōtactum: vnde ubi nos habemus adnatuʒ littera cōmēti habet adunatū: ⁊ ubi nos habemꝰ cōsertus ibi habetur cōtinuatio. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quare si est vnitas ⁊ pūctum: qualia dicūt separata. Non possibile esse vnitateʒ ⁊ punctum ideʒ. His quidē inest tāgere: vnitatibus autem cōsequenter. Et horū quidem contingit esse medium. Omnis enim linea medium pūctorum est. Harū autem non est necesse. Nulluʒ enim medium est dualitatis ⁊ vnitatis.

¶ Quia dixerat ꝯsīter reseruari in nūis ⁊ nō ꝯtactū dat ex h̄ dr̃aʒ inter vnitatē ⁊ punctū. vnitates aūt nō se tāgunt sed possunt se hēre ꝯsīter. pūcta auteʒ nō se habent ꝯsīter: q2 īter quelibet duo pūcta cadit linea media ⁊ per ꝯñs inter quelibet duo puncta cadūt infinita puncta. pūcta aūt nō se habēt cōsequēter. tñ ſm ea habet esse contactꝰ. ideo ait ꝙ si vnitas ⁊ pūctū sunt separata q̃lia. Quidā dicūt qui posuerūt mathematica separata esse nō possibile est vnitatē ⁊ pūctuʒ esse ideʒ. Nā his quidē. s. pūctis inest tāgere: q2 pūcta sunt rō cōtactꝰ. vnitatibꝰ aūt inest esse ꝯsīter. 2° differt vnitas ⁊ pūctus: q2 horū. s. pūctoꝝ cōtingit esse mediū. oīs enim linea est media aliquoꝝ punctoꝝ. harū aūt. s. vnitatū nō necesse est esse mediū. Nullū enim mediū est dualitatis ⁊ vnitatis. īter duas ergo vnitates cōponētes dualitatē nulla vnitas īercipif in medio. ¶ Dubitaret forte aliqs: q2 nō videf ꝙ in hoc differat vnitas a pūcto. videlicet ꝙ īter vnitatē nō oporteat esse mediū. nā si due linee ꝯtiguanf cū cōtigua sint quoꝝ ultima sunt silr erit ibi dare duo pūcta īter que non cadet linea media. Dicendū ꝙ si q̄raf utrū possint esse duo pūcta silr absqȝ medio. Si accipiantur illa duo pūcta in eodem ꝯtinuo: est īpossibile assignare duo pūcta sine linea media. Sed in nō ꝯtinuis nō est incōueniēs assignare duas supficies sine corpore medio ⁊ duas lineas sine supficie media vel etiaʒ duo pūcta sine linea media. Duo ergo pūcta sine linea media nō pñt significari in magnitudine cōtinua. sʒ in nō ꝯtinua. Cū g̃ ex diuisione ꝯtinui causetur nūs accidit pūctis ꝙ inueniaf duo pūcta sine

linea media:quia puncta per se non habēt habitudinē ad quantitatē discretā: ꝛ ad quātitatē nō ꝯtinuā sed ad cōtinuam:sed ꝙ possint reperiri vnitates inter quas nō cadit aliqd mediū h̄ est per se.nā cū vnitates per se habeāt habitudinē ad numeruꝫ per se cōpetit vnitatibuſ ꝙ possint reperiri sine medio cū in ipso numero signari possint alique vnitates īter quas nō cadit aliquod mediū.Si accipiatur ergo qḋ est per se dimisso eo quod est per accidēs bona est differētia pħi ga īter puncta oportet cadere aliqd mediū.nō autē inter vnitates.posset aūt litteram pħi aliter saluari.Nā differētiā quā assignat inter vnitates ꝛ pūcta non assignat īter illa quocūqꝫ modo sumpta sed prout habēt esse separatū.Si enim mathematicalia haberēt esse separatū a naturalibus possent dari due vnitates īter quas nō caderet aliquid mediuꝫ.Sed hoc posito nullo modo nec per se nec per accidēs esset dare duo pūcta inter que nō caderet linea media.Naꝫ ut diximus in quarto ꝛ ut comētator ait in hoc quīto magnitudines mathematice si sunt ꝯtigue sunt continue.ꝛ si habēt ultima simul habēt ultima vnū.ultima enim mathematicaꝝ magnitudinū nō possunt distingui eē diuersa natura substantiaꝝ in quibus existunt sed solū distinguunſ ex diuersitate situs. Cū ergo ultima taliū magnitudinuꝫ sunt simul ꝛ non distinguunſ ex diuersitate situs.sequiſ ꝙ tollatur in eis oīs distinctio ꝛ ꝙ fiant vnū:ꝑpter qḋ si in magnitudine cōtinua nō pñt dari duo puncta sine linea media:q: mathematica nō pñt esse contigua nisi sint ꝯtinua.si talia haberēt esse separatum nullo modo nec per se nec per accñs esset ibi signare duo pūcta sine linea media.℄ Deinde cū dicit.

℄ Quod qdeꝫ igiſ est simul ꝛ extra.Et qd tāgere:ꝛ qd medium:ꝛ quid cōsequēter: ꝛ quid habitum:ꝛ quid ꝯtinuuꝫ: ꝛ in qualibet vnūquodqꝫ eoruꝫ inest:dictum est.

℄ Ultimo epilogat circa determiata.d.qḋ qdē igiſ est simul ꝛ qd extra.i.qd separatū ꝛ qd tangere ꝛ qd mediū ꝛ qd ꝯsñter ꝛ quid habitū ꝛ qd ꝯtinuū ꝛ in qualibet.i.in qua re ꝛ in quo subiecto vnumquodqꝫ eoꝝ inest dictum est. Lectio.VI.

v Nus autē motus dicitur multipliciter:vnum qdem enim multipliciter dicimus.Genere qdeꝫ igitur vnus est ſm figuras predicamenti.Loci mutatio quideꝫ enim omni loci mutatio ni genere vna est.Alteratio autem a loci mutatione altera genere est.

℄ In pte ista ut dicebaſ determinat de vnitate mot⁹ Circa qḋ duo facit.q: ꝑ ostēdit quot modiſ dr̄ motuſ vnus.2° assignat rōnē eoꝝ que dixerat ibi⌊ qm̄ aūt ꝯtinuus.⌋Mot⁹aūt vnus dr̄ tripl'r:gn̄e spe ꝛ nūo.Circa ꝑm̄ tria fac.q: ꝑ ońdit quō dr̄ mot⁹vn⁹ gn̄e.2°quō vn⁹spe.3°quō vnus nūo.2°ibi⌊ spe aūt vnus est.⌋3°ibi⌊ simpl'r aūt vnus.⌋Dicit ḡ ꝙ motus dr̄ vnus multipl'r.nā vnū dr̄ multipl'r.vꝫ genē spe nūo.gn̄e qdeꝫ est mot⁹ vnus ſm figuras ꝑdicamēti.oīs enī ille mot⁹ per quē acqriſ vnū ꝑdicamētū est vnus gn̄e.loci enīꝫ mutatio est vna gn̄e oī loci mutationi.ſꝫ alteratio est altera gn̄e a loci mutatione:q: per alterationē nō acqriſ idē ꝑdicamētū. sed per alterationē acqriſ q̄litas per loci mutationē ubi.℄ Dubitaret forte aliqs:q: si mot⁹est in eodē genere cū reb⁹ad quas est mot⁹:sicut ex hoc arguimus ꝙ diuersi mot⁹ sunt idē genere si per eos acqraſ res eiusdē ꝑdicamēti sic vr̄ ꝙ possimus arguere eūdē motū eē in diuersis gn̄ib⁹ si per eū acqrunſ res diuersoꝝ ꝑdicamētoꝝ.erit ergo mot⁹localis in gn̄e q̄titatis ꝛ in ubi ꝛ in situ.per motuꝫ enī localē acqriſ locus qui est in gn̄e q̄titatis: ꝛ ēt per ipm̄ acqriſ ordo ptiū in loco:qui est ꝑdicamētū sit⁹ per h⁹ ēt motū acqriſ ubi.erit ḡ dict⁹motus in triplici gn̄e qḋ vr̄ oīno incōueniēs.Dicēdū ꝙ res nō sumit spēꝫ ex eo ꝙ est per accñs ꝛ ex ꝯñti.ſꝫ ex eo ꝙ est per se ꝛ ꝑ.Ex motu aūt locali ut sup̄ dicebaſ per se ꝛ ꝑ acqriſ ubi.ex ꝯñti autē acqriſ ordo ꝛ locus ptiū in loco.dict⁹ ergo motus non sumit spēm ex loco nec ex ꝑdicamēto situs:ſꝫ ex ubi.erit ergo solū in genere ubi.non aūt erit in ꝑdicamēto q̄titatis vel in ꝑdicamento situs.℄ Deinde cum dicit.

℄ Specie aūt vnus est:cuꝫ genere vnus ꝛ. indiuidua specie sit:ut coloris qdem sunt dr̄e. Jam igiſ alius spe denigratio ꝛ dealbatio.Oīs aūt dealbatio omni dealbationi idē ſm spēm erit:ꝛ oīs denigratio denigrationi.Albedini aūt nō amplius:vnde specie vna dealbatio albatiōi omni.

℄ Determinat de motu qui est vn⁹ spe.Circa qḋ tria fac.q: ꝑ ońdit quō mot⁹est vn⁹ ſm spēꝫ spālissimā. 2° quō est vn⁹ ſm spēꝫ subalternā.3° mouet dubitationē quādā circa pdicta.2°ibi⌊ si aūt sint q̄dā.⌋3° ibi⌊ dubitabit autē aliqs.⌋Dicit ḡ ꝙ spe est mot⁹ vn⁹cū est vnū gn̄e ꝛ ēt cū sit vnus ſꝫ īdiuiduā spēꝫ ex quo pꝫ ꝙ hic loqſ de vnitate mot⁹ſꝫ spālissimā spēꝫ:q: sola illa est indiuidua.ad exēplificādū aūt de tali motu subdit ꝙ coloris qdē multe sunt dr̄e ꝛ multe spēs:ꝛ q: sic est iā igiſ erit alius mot⁹ spe denigratio ꝛ dealbatio.sed oīs dealbatio ideꝫ erit ſm spēm oī dealbationi. ꝛ oīs denigratio denigrationi.sed denigratio nō amplius erit vnū specie albedini siue dealbationi.sed solum est vnum specie dealbatio dealbationi.℄ Deinde cum dicit.

℄ Si aūt sunt quedā que ꝛ genera simul ꝛ spēs sunt:manifestū est ꝙ ut specie vnus erit simpl'r vnus specie non ut doctrinatio:sed scientia qdeꝫ species existimationis:genus autem scientiarum aliarum.

℄ Ostēdit quō mot⁹ est vn⁹ ſm spēꝫ subalternā.d.ꝙ si sīt q̄dā que sunt simul gn̄a ꝛ spēs cuiusmodi sīt spēs subalterne manifestū est ꝙ ſm talia mot⁹ erit vnū spe supple sbalterna.simpl'r aūt h⁹ mot⁹nō erit vnū spe ut doctrinatio que est mot⁹in sciaꝫ est vn⁹ mot⁹ spe subalterna sed nō spe spālissima.ideo subdit ꝙ scia que supple acqriſ per doctrinationeꝫ est spēs existimationis.i.cognitionis.sed est gen⁹aliaꝝ sciaꝝ.℄ Notādū aūt ꝙ sicut mot⁹est in eodē gn̄e cū rebus ad quas est motus sic est in eadem specie cuꝫ re que acquiriſ per motū illū.omnes ergo motus per quos acqritur vnū ꝑdicamentū sunt vnuꝫ genere.sed oēs per quos acquiriſ vna spēs specialissima sunt vnū spe spālissima.oēs vō per q̄s acquiriſ vna spēs subalterna sūt vnū ſm spēꝫ sbalternā. Oīs ḡ alteratio oī alterationi ē vnū gn̄e qa q̄litas

que acquirit per alterationē noīat vnū genus. oīs enim dealbatio omni dealbatiōi est vnus mot⁹ ſm spēm spālissimā: q̄ albedo que acq̄rit per talē motū noīat spēm spālissimā. oīs aūt doctrinatio omni doctrinationi est vnus mot⁹ ſm spēm subalternāt q̄ sciētia que acq̄rit per talē motū est spēs subalterna. est eni spēs ⁊ genus: q̄ est spēs cognitionis. est enim sciētia cognitio non quelibet: sed cognitio per causam siue cognitio certa. est etiam sciētia genus ad grammaticā logicam ⁊ ad ceteras alias scientias. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dubitabit autem aliquis: si specie vnus motus sit: cum ex eodem idem in idem mutetur: ut vnum punctum ex hoc loco in hunc locum iterum ⁊ iterum. Si autem hoc est: erit circulatio rectitudini eadem: ⁊ uolutatio ambulationi.

¶ Mouet q̄ōnē quādā circa p̄dicta. circa qd̄ duo facit. q̄ p̄mo mouet h̄mōi q̄ōnē. 2° soluit eam ibi[aut determinatū est.] Dicit ergo ꝙ dubitabit aūt aliquis si semꝑ sit vnus mot⁹ specie cū aliq̄d mutet̄ ex eodē in idē: utputa si vnū pūctū vel si aliqd̄ aliud mobile mutet̄ ex hoc loco in hūc locū. ⁊ iterū mutet̄ ex eodē loco in eūdē locū utrū talis motus sit semꝑ idē specie. ostēdit ꝙ nō: q̄ si hoc est tūc circulatio erit idē specie rectitudini. i. motui recto ⁊ uolutio. i. mot⁹ spicus erit idē spē ambulationi recte. ¶ Notādū aūt ꝙ cum ab eodē loco in eundē locū possit q̄s ire per chordā ⁊ arcū. Si mot⁹ ab eodē loco in eūdē locū semꝑ eēt idē specie. sequeret̄ ꝙ mot⁹ curuus ⁊ rectus nō differret spē. ¶ Notādū etiā ꝙ h̄ q̄stio habet ortū ex p̄dictis. supponebat̄ eni supple ꝙ dealbatio semꝑ eēt eadē spē cū dealbatione: q̄ albedo que acq̄rit̄ per talē motū noīat vnā spēm. ergo si per duos mot⁹ locales semꝑ acq̄rit̄ idē termin⁹ ⁊ idē. ubi dato ꝙ vnus illoꝝ motuū sit rect⁹ alius curuus. q̄ nō est incōueniēs ad eundē locum ire per chordam ⁊ arcum videbit̄ ꝙ illi duo motus sint vnum specie. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Aut determinatū est id in quo est: si alterū est specie: qm̄ alter motus est. Circulare aūt a recto alterum specie est. Genere quidē igitur ⁊ specie motus vnus sic est.

¶ Soluit dicēs: ꝙ q̄ determinatū est. i. distinctū ⁊ diuersū id spatiū in quo est motus. si alterū est h̄mōi spatiū spē manifestū est: ꝙ ⁊ mot⁹ est alter spē circulare. q̄ a recto est alteꝝ specie: q̄ lꝫ hi duo motus possint eē ad eūdē terminū. nō tñ p̄nt esse per eandē lineā: nec per idē spatiū. ¶ Subdit aūt q̄si per modū epilogi ꝙ motus q̄dē igit̄ est vnū spē ⁊ genere. sic q̄dē igit̄ sicut dictū est. ¶ Dubitaret forte aliq̄s: quare semꝑ mot⁹ in albedinē est idē specie. mot⁹ tñ in idē. ubi non est semꝑ idē specie: q̄ dato ꝙ eūdo per lineam rectā ⁊ per lineā circularē acq̄rat̄ idē. ubi nō tñ erit idē mot⁹ specie: q̄ rectū ⁊ circulare differūt specie. Dicēdū ꝙ nō est mot⁹ in aliquo genere. ubi nō est in aliquo ꝯrietas nec est cōtrarietas alicubi nisi ibi sit aliq̄ distātia: q̄ ꝯrietas distātiā p̄supponit. Si ergo ratio mot⁹ depēdet ex ꝯrietate ⁊ ꝯrietas ex distātia loquēdum est de ipso motu sicut loq̄mur de ꝯrietate: ⁊ de ꝯrietate sicut loquendū est de distātia. in qualitate aūt est distātia q̄ꝫ ad gradus in esse. in ubi v̄o est distātia rōne ꝑtiū spatij. Cum ergo eē ⁊ dispōnes materie hēant oīno essentialē habitudinē ad formā: q̄ per se loquēdo semꝑ ab eadē forma est idē esse: ut albedo semꝑ ⁊ dat esse albū. lꝫ illud esse nō sit punctale: sed possit intēdi ⁊ remitti. sic etiā respectu eiusdē forme per se loquēdo sunt eedē dispōnes: lꝫ h̄mōi dispōnes possint intēdi ⁊ remitti ⁊ esse maiores ⁊ minores sicut intēdit̄ ⁊ remittit̄ eē ipsius forme: in spatio aūt nō sic. Nā ꝑtes spatij nō hoc modo habēt essentialē habitudinē ad ipsum terminū: q̄ ab eodē termino ad eūdem terminū per diuersa spatia ⁊ per diuersas lineas pōt quis ꝯtingere: ut ab vno eodē puncto ad aliū eundē pūctū. pōt q̄s ire per diuersas distātias ⁊ per diuersas lineas: ut per chordā ⁊ arcū. q̄ ergo in talib⁹ est alia ⁊ alia distātia erit alia ⁊ alia ꝯrietas: ⁊ per ꝯn̄s alius ⁊ alius mot⁹ specie. dicamus ergo ꝙ cū in ubi nō sit ꝯrietas ſm se: sed per cōparationē ad motū ⁊ per cōparationē ad spatiū q̄ꝫtūcūq̄ꝫ sit idē. ubi qd̄ per motū acq̄rit̄ si nō acq̄rat̄ per idē spatium. nō opꝫ ꝙ sit idē mot⁹ specie: imo ut spectat ad ꝓpositū acq̄rere idē ibi per spatiū rectū ⁊ circulare magis est acquirere diuersum ubi q̄ꝫ idē: in q̄litatibus v̄o est ꝯrietas non solū per cōparationē ad motū: sed etiā ſm se. Nā ⁊ si h̄mōi formis siue in h̄mōi qualitatib⁹ est cōtrarietas ſm esse qd̄ hn̄t in mā. hoc nō tollit q̄n in eis sit ꝯrietas ſm se. Nam māles forme ⁊ si nō diffiniunt̄ per cōparationē ad motū: sed magis motus diffinit̄ ut hēt habitudinē ad illas ꝓpter qd̄ hēre ꝯrietatē ſm motū non sit habere ꝯrietatē ſm se: tñ q̄ māles forme diffiniunt̄ ſm esse qd̄ habēt in mā habere ꝯrietatē ſm tale eē nō tollit ꝯtrarietatē ſm se. Quare bn̄ dictū est ꝙ in qualitatibus est cōtrarietas ſm se. in ubi v̄o est ꝯtrarietas per cōparationē ad spatiū. Quotiēscūq̄ꝫ ergo acq̄rit̄ eadē qualitas specie: erit idē motus spē: q̄ in talibus ꝯtrarietas ⁊ spēs motus sumēda sunt ex qualitatib⁹ ſm se: sed si acq̄rit̄ idē ubi nō semꝑ erit idē motus specie nisi acq̄rat̄ per idē spatium: q̄ motus nō sumit spēm ab ubi ſm se. sed sumenda sunt talia per comparationem ad spatium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Simpliciter aūt vnus motus est: qui substātia quidem vnus ⁊ numero est. Quis autem huiusmodi sit manifestum est diuidentibus. Tria enim sunt ſm numerū: circa que dicimus motum vnum quod ⁊ in quo: ⁊ quando.

¶ Ostēdit quō accipit̄ vnus mot⁹ numero. Circa qd̄ duo facit. q̄ p̄ facit qd̄ dictū est. 2° mouet quādam q̄ōnē circa p̄tacta ibi[Socratē ſm alterationē.] Circa p̄mū tria facit: q̄ ostēdit ꝙ tria req̄runt̄ ad vnitatē motus simplr̄. 2° declarat quō accipienda est idētitas in illis tribus ibi[simpliciter aūt vnū in oībus.] Dicit ergo ꝙ simplr̄ est vnus motus ille qui sb̄a. i. ſm sb̄am ⁊ ſm nām suā: siue ſm id qd̄ est vnus numero. Quis aūt sit h̄mōi motus manifestū est diuidētibus. i. distinguētib⁹ ea que req̄runt̄ ad motū. tria enim sunt ſm numerum. circa que ⁊ ſm que dicimus motū vnū. h̄ aūt tria sunt qd̄ mouet̄. i. mobile in quo mouet̄. i. res acquisita per motum. ⁊ q̄n mouet̄. i. tempus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dico aūt qd̄: qm̄ necesse est aliq̄d eē qd̄

mouet: ut hoiem: aut aurū. Et in aliquo hoc moueri: ut in loco: aut in passiõe. Et qñ. In tpe enim omne mouet. Hoꝝ aūt genere qdem: aut specie esse unum est in re in qua mouet. Habitū erat in tēpore.

¶ Forte aūt quieti motus aliquaten⁹ opponit. Cū enim moueat ex hoc: ꝛ abijciat adhuc videt habere qō abijcit. quare si ipsa ꝯria ei huic in cōtrariū motui sit existāt ꝯria: si aliq̄ten⁹ qescit: aut adhuc manet. Totaliter autē ei⁹ qō mouet hoc quidem ibi: hoc aūt in qō mutatur: propter quod magis motus motui cōtrariu3 q̄3 quies.

¶ Quia dixerat superi⁹ q̄ motui nō ita opponit qes sicut motus. ideo ut hec exponat ait q̄ forte motui aliquaten⁹ opponit qeti. Nam cū aliquid moueat ex hoc. i. ex termino a quo ꝛ abijciat aliqd de illo termio adhuc videt aliqd hēre de eo qō abijcitur quare si ipsa quies ꝯtraria est ei motui qui est hinc i. qui est ab illo termio in cōtrariū terminū. Simꝉ eidē existūt cōtraria sed hoc est ſm qd ꝛ ſm q̄3dā participationē uel ſm eē admixtū. nō aūt ſm esse purū. q: ut dicebat mobile dū mouet nō est totaliter in termino a quo: sed solū ſm partē. ideo ait q̄ aliquo modo ꝛ ſm quid existunt contraria eidē. Si id qō mouet aliquaten⁹ qescit ꝛ aliquaten⁹ adhuc manet ꝛ aliqd retinet de termio a quo q: totaliter i. ultr ei⁹ qō mouet. hec quidē. i. aliqua pars est ibi i. in termino a quo: hec aūt. i. aliqua pars ei⁹ est in qō mutat. i. in termino ad quē. motus ergo aliqd hēt admixtū de quiete ꝛ de termino a quo. sed nihil hēt admixtū de motu ꝯrio ꝑpter qō mot⁹ magis est quid cōtrariū motu3 q̄3 qes motui ut supra sufficienter ostendim⁹.

¶ Quis qdē igit motus simpliciter vnus: dictū est: ꝛ de motu qdē ꝛ qete quō utiq3 vnus: ꝛ qui contrarij qbusdā: dictum est.

¶ Ultimo epilogat circa determinata dicens q̄ dictum est quid sit mot⁹ vnus simpliciter: ꝛ dictū est de motu ꝛ quiete quō uterq3 est vn⁹ ꝛ quō nō est vnus: ꝛ quomodo supple hūt cōtrarietatē ꝛ quō nō hūt ꝛ in hoc terminat scientia quinti libri phisicorum Egidij romani.

¶ Incipit liber sext⁹ phisicorum Egidij Romani.

Lectio. I.

Si aūt est cōtinuū: ꝛ qō tāgit: ꝛ ꝯsequēter sicut diffinitū est prius: ꝯtinua quidem quoꝝ ultima vnū. Que vo tāgunt quoru3 siḿ. Cōsequenter aūt quoru3 nihil est mediū. primi generis: impossibile ex indiuisibilibus esse aliquid cōtinuū: ut lineā esse ex punctis si uera linea quidē cōtinuum est: punctū autē indiuisibile.

Ut dicebat in tertio hui⁹ ad naturalē ptiet nō solū cōsiderare de motu sed et de infinito loco tpe ꝛ continuo. Cū ergo ostensum sit quid sit mot⁹ ꝛ determinatū sit ibi de infinito in quarto aūt determinatū sit de loco uacuo ꝛ tpe. in hoc sexto ut dicebat determinat de cōtinuo. ostendit eni quō mot⁹ hēt eē cōtinuu3. ſm ergo hūc modū diuidendi iste sextus recipit cōtinuationē sua3 ex dictis in tertio libro: possumus tū si volum⁹ ut ꝯ^ter ꝛ Alex. cōtinuant ipm continuare hunc sextū ad quintū librum imediate precedentē. Nā cu3 in quinto determinatū sit de motu ut hēt diuidi in suas spēs ꝛ in suas partes subiectiuas. in hoc sexto determinat de eo ꝑut hēt diuidi in suas partes integrales uel in suas partes quantitatiuas. Motus eni dupl'r pōt ꝯsiderari. pmo ut hēt eē in predicamēto ꝛ sic accipiunt diuersa genera ꝛ diuerse spēs motus. secūdo cōsiderari pōt ut est qd quantu3 ꝛ sic accipi possūt diuerse partes integrales ꝛ diuerse partes quātitatiue ipsi⁹ mot⁹. Quint⁹ ergo liber magis ꝯsiderat de motu ut determinat ad gen⁹ ꝛ spē3 ꝛ ut diuidit per ptes subiectiuas: hic aūt sextus cōsiderat de eo ut est quid quantū ꝛ ut est qd cōtinuū ꝛ ut diuidit per suas ptes integrales. in hoc ergo sexto libro intendit determinare de continuitate mot⁹. uerū quia mot⁹ circularis qui s3 ipm est eternus potissime est cōtinu⁹: idō duo facit. q: pmo determinat de cōtinuitate motus. secūdo inquirit an sit dare motū eternum ibi in pn° septimi ibi⌊ oē qō mouet. ⌋ a septimo eni ultra incipit ingrere de eternitate mot⁹. Nam per hoc q̄ oē qō mouet ab alio mouet ꝛ in mouentibus non est abire in infinitum. sed est deuenire ad motorem immobilē probat q̄ est dare motū eternū. Circa primū duo facit q: primo probat motū esse quid cōtinuū. secundo ostendit quō mot⁹ diuidi habeat in suas partes integrales ibi⌊ necesse aūt ꝛ ipm nūc. ⌋ Ad euidētiā aūt pme partis sciendum q̄ tempus hēt cōtinuitatē a motu ꝛ motus a magnitudine. ideo eni tps est continuū q: motus est continuus. ꝛ ideo mot⁹ est continuus q: magnitudo est diuisibilis in semper diuisibilia. duo ergo facit: q: primo ostēdit omnē magnitudinē eē diuisibilē in semper diuisibilia. secundo ostēdit hoc idē de motu ꝛ tēpore ibi⌊ eiusdē aūt rōnis est. ⌋ Circa pmū duo facit. q: pmo ꝑponit qō intendit. secundo probat qō dixerat ibi⌊ neq3 eni vnū sunt. ⌋ Dicit ḡ q̄ si cōtinuū ꝛ qō tā

gitur ꝛ qđ cõsequenter est.i.habet esse sicut diffinitum est prius:quia cõtinua sunt quorum ultima sunt vnũ.cõsequẽter vero sunt quoꝝ nihil est mediũ primi generis ꝛ supple ut supplet alia littera se tãgentia sunt quorum ultima sunt simul. ¶ Si ergo sic debẽt talia diffiniri ut prius in quinto diffinita sunt patet ꝙ impossibile est aliqd cõtinuũ eẽ ex indiuisibilib⁹ ut lineã eẽ ex pũctis.hoc dico si uere linea est qd cõtinuũ ꝛ pũctũ qd indiuisibile. ¶ Notandũ aũt ꝙ nomina sũt ad placitũ.ne ergo equocet noie linee uel noie pũcti aũt lineã nõ cõponi ex pũctis si noie linee significam⁹ qd cõtinuũ ꝛ noie pũcti nõ qd idiuisibile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neqꝫ eni vnũ sũt ultia pũctoꝝ. Nõ est eni hoc qdẽ ultimũ pũctorũ aliud aliqđ. illud aũt aliq̃ ps idiuisibilis. Neqꝫ sił sũt ultima:nõ eni est ultimũ nihil ipartibilis: alterũ eni est ultimuꝫ:ꝛ cui⁹ est ultimum.

¶ Probat qđ dixerat. Circa qđ tria facit ſꝫ ꝙ tres rationes adducit ad ostẽdẽdũ lineã nõ cõponi ex punctis nec magnitudineꝫ ex indiuisibilib⁹.2ª ibi [ampli⁹ necesse est.] tertia ibi [ampli⁹ diuidił.] pmittit sic.bene dictũ est ꝙ ex pũctis nõ sit cõtinuum nec ex indiuisibilib⁹ magnitudo:qꝛ ultima pũctoꝝ nõ sunt vnũ.nõ eni possum⁹ dicere ꝙ ipsi⁹ indiuisibilis ꝛ ipi⁹ pũcti hoc qdẽ sit ultimũ.illa aũt sit aliqua ps ei⁹ neqꝫ ipsoꝝ indiuisibiliũ ultima sũt siłr:qꝛ ipsi⁹ ipartibilis nihil est ultimũ.nã alterũ est ultimũ ꝛ illđ cui⁹ est ultimũ.est ergo vis rationis ꝙ cũ nõ fiat cõtinuũ nisi ex habentib⁹ ultimũ indiuisibilia cũ nõ hẽant ultima cõtinuari nõ poterũt ¶ Dubitaret forte aliqs quõ idiuisibilia carẽt ultimis. Dicẽdũ ꝙ ultimũ ordinẽ quẽdã iportat.dr eni ultimũ respectu pcedẽtiũ.nihil ergo hꝫ ultimũ nisi in quo est signare aliqd pri⁹ ꝛ aliqd posterius ipꝫ ergo indiuisibile in quo nõ est signare aliqd prius ꝛ aliqd posteri⁹ ultimũ hẽre nõ poterit.põt ergo qđ est indiuisibile eẽ ipꝫ ultimũ ꝛ eẽ ipe ordo ptiũ. Sꝫ nõ cõpetit ei hẽre ultimũ qꝛ non cõpetit ei hẽre ptes ordinatas:q̃re qđ ẽ diuisibile hẽt ultimũ qꝛ qđ est tale hẽt ptes ꝛ habendo ptes si ptes ille sint finite ꝛ terminate hñt ultimũ:qꝛ termin⁹ illaꝝ ptiũ ultimũ dici põt.est ergo ultimũ qd idiuisibile ꝛ est ordo ptiũ qđ est indiuibile sed nõ hẽt ultimũ ut hic de ultimo loquił nisi qđ est diuisibile ꝛ hẽt partes ordinatas. Duplicẽ igił cãꝫ tãgit phũs in littera q̃re ipartibilis nõ est ultimũ:pma eni est qꝛ ipartibile nõ hẽt ptes.iđ ait ꝙ ipi⁹ ipartibilis nõ est hoc qdẽ ultimũ:illđ aũt aliqua pars.secũda est qꝛ differt ultimũ ab eo cui⁹ est ultimũ. Sicut eniꝫ aliđ est albedo ꝛ aliud est qđ est albũ ꝛ qđ hẽt albedinẽ:sic aliud est qđ est termin⁹ ꝛ aliud qđ hẽt terminũ ꝛ qđ est terminatũ. Si eni idẽ eẽt ꝛ termin⁹ ꝛ id cui⁹ est termin⁹ idẽ terminaret seipꝫ.cũ ergo ipartibile sit ipꝫ ultimũ ꝛ sit ipe termin⁹ sequitur ꝙ ipartibile ſꝫ ꝙ h⁹ nõ terminetur nec hẽat terminũ.hoc ergo uolẽs pbare phũs ait ꝙ ipartibile non hẽt ultimũ:qꝛ aliđ est ultimũ ꝛ aliđ cui⁹ est ultimũ uel ad idẽ est aliud est terminus ꝛ aliud cuius est terminus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ampli⁹ necesse est aut cõtinua eẽ pũcta aut tãgẽtia se adinuicẽ: ex qb⁹ est cõtinuũ. Eadẽ aũt ratio est:ꝛ in oib⁹ idiuisibilib⁹. Cõtinua qdẽ igił nõ erũt ppter pdictaꝫ rõnẽ. Tãgit aũt oẽ:aut totũ totuꝫ:aut ps partẽ.aut totũ pars. Qm̃ aũt ipartibile: est idiuisibile:necesse est totũ tãgẽ totuꝫ. Totũ aũt totũ tãgẽs nõ est cõtinuũ. Cõtinuũ eni hẽt hoc qdẽ aliã:illud vero aliã ptẽ ꝛ diuidił in sic diuisibilia ꝛ loco discreta.

¶ Ponit secundã rationeꝫ que talis est.illa ex qbus fit aliqua magnitudo uel sunt cõtinua uel se tãgũt uel se hñt cõsequẽter. Sed ipartibilia ꝛ pũcta nec pñt continuari nec se tangere nec se hẽre cõsequenter ergo ex talib⁹ nõ põt fieri magnitudo.est autẽ hec ratio valde cõis:qꝛ nõ solũ pbat ex ipartibilibus nõ posse fieri magnitudinẽ continuam:sed et ostẽdit ꝙ ex eis nõ põt fieri magnitudo contigua nec etiam alia magnitudo. Circa hãc aũt rõnẽ sic procedit:qꝛ pmo ostẽdit ꝙ pũcta ꝛ impartibilia nec possũt cõtinuari nec se possunt tãgere.secundo pbat ꝙ nõ possunt se hẽre cõsequenter ibi [at vero neqꝫ cõseqnẽter.] Dicit ergo ꝙ amplius si ex pũctis debet fieri magnitudo necesse est pũcta:aut eẽ se cõtinua aut eẽ se tangentia adinuicẽ:ex quib⁹ se tangentibus est id.i.opꝫ ꝙ sit cõtinuũ uel et cõtiguum. ꝛ qđ dictũ est de pũctis eadẽ ratio est ꝛ in oibus indiuisibilibus. Nunq̃ꝫ ergo ex indiuisibilibus fit magnitudo nisi talia ut sint cõtinua uel se tangant.sed indiuisibilia quidẽ nõ erũt continua ppter rationẽ predictã:qꝛ.s.nõ habent ultima. qđ aũt talia non se tangant ita ꝙ possĩt facere magnitudinẽ.patet:qꝛ omne qđ tangit aliud uł totũ tangit totũ aut pars tangit partẽ aut pars tangit totũ Quoniã ergo impartibile est indiuisibile ꝛ nõ habet partẽ necesse est totũ tangere totũ.totũ aũt totum tangens nõ est cõtinuũ nec ex tali tactu resultat magnitudo aliqua.nã continuũ est qđ hẽt hoc i.ſm hoc quidẽ partẽ aliã.illud vero .i.ſm illud hẽt etiã aliã partẽ nunq̃ꝫ enim est aliqđ cõtinuũ nisi sit in eo signare diuersos situs ꝛ ſm vnum situꝫ hẽt vnã partẽ:ſꝫ vero aliud hẽt aliã partẽ.ideo ait ꝙ cõtinuũ diuidił in diuisibilia.i.in parteſ diuisibiles. diuisibiles vero dico sic ꝙ sũt talia loco distincta ꝛ discreta. ¶ Notandũ aũt ꝙ hic accipił cõtinuum large prout se extendit ad cõtiguum arguit enim hec ratio ꝙ ex punctis ꝛ vniuersaliter ex indiuisibilibus nõ potest fieri magnitudo non solum continua sed etiam cõtigua.nã tam cõtigua q̃ꝫ continua hñt partes distinctas ſm sitũ:sed cuꝫ aliqua duo sic se habent ꝙ totuꝫ tãgit totum eis competit idẽ sit⁹.ex talib⁹ ergo nec cõtinuũ nec contiguum fieri põt quare ex ipartibilib⁹ nulla fiet magnitudo nec continua nec cõtigua. ¶ Dubitaret forte aliqſ q̃re se tãgentibus ſm totũ cõpetit idẽ situs. Dicendũ ꝙ cum totũ tangit totum oportet ꝙ sic se tangentibus competat equalis ꝛ idem situs. Nam si vni competeret maior situs q̃ꝫ alij tũc vnum illorum nõ attingeret aliud ſꝫ se totũ.rursus si in alio situ eẽt vnũ quã aliud tũc vnũ illoruꝫ eẽt extra aliud q̃re nõ attingeret ab eo ſm se totũ.sic eni dicebamus in quarto ꝙ duo lapides nõ possent se tangere ſm se totos nisi vnus subintraret aliũ quare lapides illi essent equales ꝛ eẽnt in eodẽ situ.ex hoc aũt patere põt quare ex talib⁹ non fit magnitudo.omnis eni magnitudo plus occupat de spatio q̃ꝫ aliq̃ suaꝝ

partiū nō tñ plus occupat ꝙ̃ oēs sue partes simł sūpte. opoꝛtet ergo partes magnitudinis esse distinctas loco ⁊ situ ⁊ plus occupare de spatio plures partes sil' sumptas ꝙ̃ vnā solā ex agentib⁹. si ergo ſm totum non fit magnitudo: q꞉ talia non sunt distincta loco uel situ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At vero neq꞉ cōsequēter inerit pūctū pūcto: aut ipꝫ nūc ipsi nūc: ut ex his fit lōgitudo: aut tp̄s: cōsequēter enī est quoꝝ nullū est mediū pꝛimū. Pūctoꝝ aūt semper est mediū linea: ⁊ ipsoꝝ nūc temp⁹.

¶ Ostendit ꝙ ipartibilia se nō hn̄t cōsequēter dicēs ꝙ neq꞉ pūctū ierit ꝯ̄siter alteri pūcto aut ipꝫ nō alteri nūc ut ex his. i. ut ex talib⁹ fit lōgitudo. i. linea aut tp̄s. nā cōsequēter est aliqd alicui quoꝝ nullū est mediū pꝛimū. pūctoꝝ āt semꝑ est mediū linea ⁊ ipoꝝ nūc tp̄s. Si ergo nunꝗ̃ ex aliquib⁹ fit magnitudo nisi illa uel cōtinuētur uel cōtiguent᷑ uel ꝯsequēter se hēant ex ipartibilib⁹ nullo modo fiet magnitudo. ¶ Dubitaret forte aliqs: q꞉ videt᷑ phs insufficienter arguere. ait enī ꝙ ipsa nūc nō se hn̄t ꝯsequēter q꞉ iter ea cadit tp̄s: nec pūcta se hn̄t cōsequēter q꞉ iter ea cadit linea. Sed cū linea sit aliud a pūctis ⁊ tp̄s ab ipsis nūc ut vī hoc non tollit quin se possint hēre cōsequēter. Nā ut dicebat᷑ in quinto due dom⁹ se possēt habere cōsequēter dato ꝙ inter eas eēnt arbores uel qdcūq꞉ aliud qd nō eēt dom⁹. Dicēdū ꝙ cū in qualibet linea sint īfinita pūcta ⁊ in qolibet tp̄e īfinita nūc. Sed iter quelibet duo nūc cadit tp̄s inter quelibet duo nūc cadūt infinita nūc. Et si iter quelibet duo pūcta cadit linea inter quelibet duo pūcta cadūt īfinita pūcta. duo ergo pūcta nō se hn̄t cōsequēter. q꞉ inter ea cadit linea. Sed hoc nō est rōne quia linea: ſꝫ q꞉ ex eo ꝙ est ibi linea media sūt ibi īfinita pūcta media. ⁊ qd dictū est de pūctis itelligēdū est de ipsis nūc ⁊ ēt de qbuslibet ipartibilib⁹: q꞉ in eodē cōtinuo semꝑ inter duo ipartibilia cadūt īfinita ipartibilia: lꝫ ergo possint dari duo ipartibilia in re non cōtinua inter que nō cadit mediū in re tñ cōtinua ut supꝛa ostēdebat᷑ nō est dare duo ipartibilia imediate: pp qd q꞉ si ex ipartibilib⁹ fieret cōtinuū illa ipartibilia eēnt in illo cōtinuo qd resultaret ex eis ſ in eodē cōtinuo ipartibilia nō pn̄t nec cōtinuari nec cōtiguari nec se habere cōsequēter ex talib⁹ nō fiet aliq̄ magnitudo. ipartibilia ḡ nec pn̄t eē actu cōiūcta ut faciāt cōtinuū: nec pn̄t actu diuisa ⁊ postea se tāgere ita ꝙ ex tali cōtactu itelligat᷑ fieri aliqd cōtinuū q꞉ tūc in illo cōtinuo huiusmodi ipartibilia uł se tāgerēt uel hērēt ꝯ̄siter qd eē nō pōt. patet ergo ꝙ pūcta nō pn̄t eē cōtinua nec ēt esse pn̄t taliter cōtigua uel ꝯ̄siter se habētia ꝙ ex eis possit fieri aliqua magnitudo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ampli⁹ diuident᷑ idiuisibilia: siquidēꝫ ex quib⁹ est utrūq꞉ in ipsa diuidetur sed nullū est cōtinuoꝝ in ipartibilia diuisibile.

¶ Ponit tertiā rationē circa qd duo fac᷑. q꞉ pꝛ̄mo fac᷑ qd dictū est. secūdo quedā que supposuerat ꝓbat ibi [aliud aūt gen⁹.] Dicit ergo ꝙ ampli⁹ supple si cōponit᷑ magnitudo ex idiuisibilib⁹ diuidet᷑ in indiuisibilia. siqdē ex qb⁹ est utrūq꞉. i. vnūqdq꞉ diuidetur in ipsa: sed nullum continuorum est diuisibile in impartibilia. ergo nullū tale componitur ex impartibilibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aliud aūt gen⁹ nō pt eē mediū pūctorū ⁊ ipoꝝ nūc nullū: si nāq꞉ erit māifestū ꝙ aut ēt diuisibile aut idiuisibile erit: ⁊ si idiuisibile aut in idiuisibilia: aut in semꝑ diuisibilia hoc aūt est ꝯtinuū. Manifestum aūt ⁊ ꝙ oē cōtinuūꝫ diuisibile in semꝑ diuisibilia.

¶ Pꝛobat qdā que supposuerat. Supposuerat enīꝫ ꝙ inter pūcta cadit linea. Supposuerat ēt in hac ultima ratione ꝙ cōtinuū nō est diuisibile in indiuisibilia. duo ergo facit ſm ꝙ hec duo declarat. pꝛ̄mo enī ostēdit ꝙ mediū cadēs inter pūcta est linea secūdo ostēdit cōtinuū in indiuisibilia nō posse diuidi ibi [si enī idiuisibilia.] Dicit ergo ꝙ aliud gen⁹ nō pōt eē mediū ipsoꝝ pūctoꝝ supple nisi linea ⁊ ipsorū nūc nullū pōt eē mediū supple nisi tp̄s. nā si erit aliqd mediū inter pūcta. manifestū erit ꝙ illd aut erit diuisibile aut erit indiuisibile. nō idiuisibile q꞉ tūc pūcta illa sil' eēnt. opꝫ ergo ꝙ sit diuisibile. ⁊ si est diuisibile aut indiuisibilia sunt ea in que diuiditur. aut diuidit᷑ in semꝑ diuisibilia ⁊ q꞉ hoc est cōtinuū qd diuidit᷑ in semꝑ diuisibilia. opꝫ supple ꝙ inter pūcta cadat aliqd cōtinuū: cū ergo nō sit ibi dare aliqd aliud cōtinuū nisi lineā opoꝛtet inter ea cadere lineā. qd ergo dictū est de punctis respectu linee intelligendū est de ipsis nūc respectu tp̄is. ¶ Notādū aūt ꝙ si inter duo idiuisibilia caderet mediū indiuisibile nunc illa nō distarent ab inuicē: sed q꞉ qdlibet eoꝝ tangeret totū aliud oia illa essent in eodē situ. opꝫ ergo si indiuisibilia debēt habere distātiā aliquā ꝙ inter ea cadat aliqd diuisibile. rursus illud diuisibile debet diuidi in semꝑ diuisibilia: q꞉ si diuideret᷑ in indiuisibilia sequeret᷑ idē qd pꝛ⁹. videlicet ꝙ q꞉ se attingerent ſꝫ totum nō distarent ab inuicē sed eēnt oia simul: oia ergo impartibilia si nō sūt simul inter ea cadit aliqd cōtinuū quare cū inter pūcta nō possim⁹ imaginari aliud cōtinuū ꝙ̃ lineam ⁊ inter nunc ꝙ̃ tempus: opoꝛtet inter puncta cadere lineā ⁊ inter ipsa nūc tp̄s. ¶ Notādū etiā ex hoc qd dictū est posset foꝛmari ratio noua ad ostēdēdū ꝙ cōtinuū nō cōponit᷑ ex indiuisibilib⁹. nā si inter idiuisibilia opoꝛtet cadere aliquid qd est diuisibile in semꝑ diuisibilia cū inter indiuisibilia cadat cōtinuū opꝫ hoc esse cōtinuū qd est diuisibile in semꝑ diuisibilia. cōponetur ergo cōtinuū nō ex idiuisibilib⁹: sed ex semper diuisibilibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si enī i idiuisibilia diuideret᷑: ꝯtinuū eēt idiuisibile idiuisibili contactū: vnum enīꝫ ultimum ⁊ que tangunt᷑ continuoꝝ.

¶ Ostendit continuum nō esse diuisibile in indiuisibilia qd supple supponebatur dicēs ꝙ si in indiuisibilia diuidetur. s. continuum esset vnum indiuisibile contactum alteri indiuisibili idest vnū indiuisibile contingeret aliud. Nāꝫ ipsorum continuorū ⁊ eorum que tanguntur ab inuicem ut fiant continua illorum est vnum ultimuꝫ. sed que habēt vnū ultimū se contigunt. ergo ea in que resoluitur continuum se contingunt cūꝫ talium sit vnum ultimū quare si resolueretur cōtinuum in indiuisibilia in eodem cōtinuo indiuisibilia se contingerēt qd est inconueniens. Lectio. II.

Eiusdē aūt rōnis est ꝛ magnitudinē
e ꝛ tps ꝛ motū ex idiuisibilib⁹ cōponi ꝛ diuidi in idiuisibilia aut nihil.

¶ Postq̄ phūs ostendit magnitudinē nō cōponi ex indiuisibilib⁹ ostēdit hoc idē de tpe ꝛ de motu. circa qd̄ duo facit: q: p̄mo ait ꝙ eiusdem rationis est magnitudinē eē cōpositā ex indiuisibilib⁹ ꝛ tēp⁹ ꝛ motū cōponi ex indiuisibilib⁹. secūdo ꝓbat qd̄ dixerat ibi [manifestū est aūt.] Dicit ergo ꝙ eiusdē rōnis est magnitudinē tps ꝛ motū ex indiuisibilib⁹ cōponi ꝛ diuidi in idiuisibilia. aut ergo qdlibet istoꝝ ex idiuisibilib⁹ cōponit̄ aut nihil eoꝝ est ex idiuisibilib⁹ cōpositū. ¶ Notandū autē ꝙ p̄dicta tria cōponi ex indiuisibilib⁹ dicit̄ eē eiusdē rōnis: q: q̄titas ꝛ diuisio vni⁹ dependet a q̄titate ꝛ diuisione alteri⁹. q̄titas eni temporis dependet a quātitate mot⁹: ꝛ quātitas motus a quātitate magnitudinis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifestū est aūt ex his. Si eni magnitudo ex idiuisibilib⁹ cōponit̄ ꝛ mot⁹: qui hmōi ex equalibus erit motib⁹ idiuisibilibus: ut si ipsa. a. b. c. ex. a. b. c. est idiuisibilibus motus in quo. d. e. ȝ. ſm quē motuȝ est ipsum. o. in spatio qd̄ est. a. b. c. vnamquamq̧ partem habet indiuisibilem.

¶ Probat qd̄ dixerat. Circa qd̄ duo facit. q: p̄ ꝓbat motū diuidi prout diuidit̄ magnitudo. secūdo ostē dit ꝙ tps diuidit̄ ꝓut hēt diuidi magnitudo ꝛ motus ibi [simr aūt necesse est longitudini.] Circa p̄m duo facit: q: p̄ ostēdit ꝙ mot⁹ diuidit̄ ꝓut diuidit̄ magnitudo. secūdo ꝓbat ꝙ mot⁹ ex indiuisibilib⁹ cōponi nō pt ibi [Si ergo necesse est oē qd̄ mouetur vnū ꝛ ubi.] Circa p̄m duo facit: q: p̄mo fac̄ qd̄ intēdit. secūdo ꝓbat qd̄ dixerat ibi [Si igit̄ p̄sentis mot⁹.] Dicit ergo ꝙ manifestū est ex his ꝙ si magnitudo cōponit̄ ex indiuisibilib⁹ ꝙ ꝛ mot⁹ qui est hu⁹. i. qui est circa hāc magnitudinē erit ex equalib⁹ motib⁹ idiuisibilib⁹: ut si ipsa magnitudo que est. a. b. c. est ex. a. ꝛ. b. ꝛ ex. c. indiuisibilibus motus in quo est. d. e. ȝ. ſm quē ipm. o. i. ipsuȝ mobile motū est in spatio qd̄ est. a. b. c. habet vnā quandā partē idiuisibilē. vult ergo phs ꝙ si magnitudo super qua mouet̄. o. mobile cōponit̄ ex trib⁹ ptib⁹. s. ex. a. b. c. mot⁹ qui fiet super magnitudinē illā diuidit̄ etiā in tres ptes. s. in. d. e. ȝ. ꝛ alteri⁹. s. a. b. c. q̄ sunt partes magnitudinis sūt indiuisibiles sequit̄ ſm ipȝ ꝙ etiā. d. e. ȝ. que sunt partes motus sūt etiam indiuisibiles. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igit̄ p̄sentis mot⁹ necesse moueri aliquā partē: ꝛ si mouet̄ aliquid ad eē motū ꝛ mouere erit ex indiuisibilib⁹: ſm quideȝ igitur. a. motum esse ipsum. o. motu quo d. mouetur secūdum ꝟo. b. quo ipsuȝ. e. Et secundum. c. quo ipsum. ȝ.

¶ Probat qd̄ dixerat. dicēs [si igit̄ p̄sentis mot⁹.] ponitur ibi genitiu⁹ pro ablatiuo. est ḡ sēsus ꝙ si p̄sente motu necesse est moueri aliquā ptē. i. per aliquā ptē magnitudinis ꝛ eȝ: qt si mouet̄ aliqd per aliquā ptē magnitudinis necesse est aliud eē motū qt ergo sic mot⁹ r̄ndet magnitudini mouē. i. mot⁹ erit ex idiuisibilib⁹ supple si magnitudo cōpōit̄ ex idiuisibilib⁹: iō cōcludit ꝙ ipȝ mobile ſm quidem igit̄. a. motū est motu quo. d. mouetur ratio ſm. b. motu quo est ipȝ. e. ꝛ mouet̄ ſȝ. c. motu quo est ipȝ ȝ. ¶ Notādū aūt ꝙ tota vis rōnis phi in h̄ ꝯsistit videlicet ꝙ q: nō pōt eē mot⁹ p̄sēs nisi moueat̄ aliqd per aliquā partē magnitudinis nec pōt moueri aliqd per aliquā ptē magnitudīs nisi p̄sentialr̄ fiat mot⁹ in illa parte q: ita est sequit̄ ſm ipȝ ꝙ cuilibet parti magnitudīs r̄ndeat aliq̄ pars mot⁹. quāta ergo erit pars magnitudinis tāta erit ps ipi⁹ motus: q̄re si. a. b. c. que sunt ptes magnitudinis sunt idiuisibiles. d. e. ȝ. que sūt ptes mot⁹ correspōdentes p̄dictis partib⁹ idiuisibiles erūt. ¶ Dubitaret forte aliqs q: videt̄ hic uelle phūs ꝙ sola quātitas spatij sufficiat ad quātitatē mot⁹ ita ꝙ si spatiū est quātū opȝ ꝙ mot⁹ sit quāt⁹ ꝛ mensuret̄ tpe cuius ꝯriū dicebat̄ in q̄rto ubi ōn̄debat̄ ꝙ si eēt dare uacuū quēcūq̧ spatiū illd̄ eēt magne distātie uel magne quātitatis mot⁹ ibi factus nō eēt quātus q: fieret in nō tpē. uel ut magis ꝓprie loquamur nullus eēt ibi mot⁹. Dicendū ꝙ ut supra dicebat̄ ꝛ hīc sola quantitas spatij nō sufficit: nec ad motum nec ad forā nec ad motū ad ubi. sed ultra huiusmodi quātitatē reqrit̄ ibi ꝯria dispositio in mā uel aliq̄ resistentia ex parte medij uel ex pte mobilis ꝛ vnde ꝓbat̄ ibidē ꝙ lux se multiplicat in toto aere in istāti: q: aer est in pura ꝑuatiōe respectu lucis. nihil est eni in aere qd̄ sit ꝯtraria dispositio i ꝛ ꝙ oporteat abijci ab aere ad hoc ꝙ ꝑficiat̄ forā lucis. sic etiā si grauia mouerent̄ in uacuo nō mouerent̄ in tpe: q: nō eēt resistentia in tali motu. ꝙ ergo hic phūs ait ꝙ mot⁹ diuidit̄ ſm quantitatē spatij nō loquit̄ de quātitate spatij uacui nec de quantitate mathematica. sed loquit̄ de quātitate corporis naturalis ad quantitatē semꝑ intelligit̄ eē aliqua resistentia uel medij ad mobile uel mobilis ad motorē. h⁹ ergo quantitas magnitudinis de qua hic loquimur hēt annexam resistentiā ratione cui⁹ mot⁹ circūcurrēs tale spatiū fit in tpe ꝛ diuidit̄ quātitas mot⁹ ſȝ q̄titatē magnitudinis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igit̄ necesse est qd̄ mouet̄ vnum ꝛ ubi nō simul moueri ꝛ motū esse quo mouit quādo mouit: ut si thebas aliquis it: ipossibile est sil̄r ire thebas: ꝛ itum eē thebas.

¶ Ostendit motū nō posse cōponi ex indiuisibilibus circa qd̄ duo facit: q: primo p̄mittit q̄dā suppositionē necessariā ad propositum. secūdo illa suppositione p̄missa arguit intentū ibi [ſm sūt quidē.] Dicit ergo qd̄ mouet̄: vnde ubi. i. cū aliqd mouet̄ ex aliquo loco ad aliqd̄ ubi siue ad aliquē locū nō est possibile quo mouit ꝛ quando mouit sil̄r moueri ꝛ motū eē: ut si aliqs eat thebas ipossibile est simr̄ ire thebas ꝛ eē itū thebas. ḡ si ab aliquo loco mouit ut iret thebas quādo sic mouit nō simul cōpetebat ei moueri ꝛ motū eē. ¶ Notādū aūt ſȝ ꝯ^{tes} ꝙ si mobili simul cōpeteret moueri ꝛ motū eē motus esset ociosus. Si ergo nihil est ociosū in nā impossibile est aliquid sil̄r moueri ꝛ motū eē. ¶ Dubitaret forte aliquis utꝝ uera sit hec suppositio. videlicet ꝙ nō pōt aliquid sil̄r moueri ꝛ motū eē. vīr ꝙ nō: videm⁹ eni ꝙ moueri mēsurat̄ tpe. motuȝ eē mensurat̄ in instāti. si ergo simul est tps ꝛ instans simul erit moueri ꝛ motū esse. ꝙ aūt simul sit tps ꝛ instans patet: q: de tpe nō est nisi instans. nō est

ergo tps nisi qn est instās. Si ergo non eēt tps sil' cū in instāti uel oīno tps nihil eēt, uel simul eēt ⁊ nō esset. Dicēdū q̄ ut dicebat in quarto aliter accipienda est totalitas permanētiū ⁊ aliter totalitas successiuoꝝ. totalitas eni permanētiū accipit ex simultate partiū. sed totalitas successiuoꝝ ex ordine partiū accipit. tps ergo est nō q: partes ei' simul sunt: sed q: partes ei' fm quēdā ordinē fieri hñt idō ergo est tēp' qn est instās q: partes temporis hñt aliquē ordinē ad ipz instās. cū ergo h' ordo dicat ꝑoritatē ⁊ posterioritatē opz partes tpis uel precedere instās uel subsequi ipm. inde est igit q̄ istās dicit finis ꝑteriti ⁊ ꝑncipiū futuri: q: partes preterite ꝑcedunt ipz. partes future ipm sequunt. ratio ergo facta arguebat oppositū. Nā si moueri mēsurat tpe q̄ mutatū esse mensurat instanti sicut istās qd mēsurat mutatū eē sequit tps qd mensurat sic mutatuz eē sequit ipsum moueri: bene ergo dictū est q̄ nō hēt aliqd simul moueri ⁊ motū eē q: nec tps est sil' cū instāti: eo enīz ipso q̄ de tpe nō est nisi instans uel partes tpis ꝑterierūt ⁊ tūc nō sūt sil' cū instanti sed precedūt ipm. uel sūt future ⁊ tunc ēt nō sūt sil' cū eo: sed sequunt illd. ¶ Ulteri' forte dubitaret aliqs utrū uerū sit dictū cōmēti q̄ motus esset frustra si simul cōtingeret moueri ⁊ motū eē. Dicēdū q̄ frustra ⁊ uacuū ⁊ cetera talia ut in secūdo hui' diximus dicunt per cōparationez ad finem. ex hoc ergo aliqd est frustra ⁊ ociosuz: q: per illud nō cōsequimur finē ad quē ordinat: ꝑꝑ qd cū moueri ordinet ad mutatū esse si simul cōtingeret aliqd moueri ⁊ mutatū esse per illud moueri non cōsequeret mutatū eē. ociosus ergo esset ille mot' ex quo non cooperaretur ad consequendum finez ad quem ordinatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Secūdū. a. qdē igit ipartibilē motuz est est ipm. o. fm qd ipm. d. motus aderat. Quare siquidē posteri' deuenerit q̄z uenit: diuisibilis utiq̄z erit. Cū. a. eni ueniret neq̄z qescebat: neq̄z transierat: sed mediū erat: si aūt sil' uenerit ⁊ uenit ueniēs: cū uēit: uētū ibi erit ⁊ motū eē: ubi mouet

¶ Premissa suppositiōe ꝑdicta arguit itētū siue probat propositū. ostēdit eni motū ex indiuisibilib' cōponi nō posse: uel qd idē est ōndit q̄ sup magnitudinē cōpositā ex idiuisibilib' partib' mot' esse nō posse. dicere aūt super magnitudinē cōpositā ex idiuisibilib' fieri motū dupliciter pōt itelligi ul' q̄ sup quālibet ptē idiuisibilē fiat mot': ul' q̄ fiat huiusmodi motus super totā magnitudinē sic cōpositā nō āt sup q̄libet ptē. duo g facit: q: ꝑ ōndit motū nō posse fieri sup huiusmodi magnitudinez ita q̄ fiat sup quālibet partē ei'. secūdo probat motuz nō posse fieri sup talē magnitudinē totaz absq̄z eo q̄ fiat super ptes ipsius ibi [si uo fm totū.] Dicit ergo q̄ fm. a. quidē ipartibilē ipm. o. i. ipm mobile mouebit ⁊ mot' eius aderat super talē partē q: si quidē posteri' deuenerit q̄z uenit. i. si in tali motu pri' ⁊ moueri q̄z mutatū eē diuisibilis utiq̄z erit. a. nā cū mobile ueniret. a. i. cū moueret per illā ptem magnitudis q̄ est. a. nec qescebat in termino a quo nec transibat. i. nec erat transiēs in termino ad quē q: non cōpetebat ei mutatū esse sed mediū erat inter utrūq̄z terminū: ⁊ partim habebat de termio a quo ⁊ partim de termio ad quē: quare si per partē magnitudinis que est. a. non simul cōpetit moueri ⁊ motū eē erat ipm. a. diuisibile ⁊ hēbat partez ⁊ partē. Si aūt simul uenerit ⁊ uenit ⁊ ueniens. i. simul est ibi moueri ⁊ motū eē cū ueniēs uenit. i. cū ueniēs est in spatio medio ⁊ in motu ibi est uentū i. ibi erit mutatū eē ⁊ erit in termino. erit ergo motū eē ubi mouet qd est incōueniēs q: motū esse est in termino moueri est in spatio medio. nō ergo ubi est moueri ibi est motū eē: q: nō est ibi spatiū medium cū ipso termino. ¶ Notandū aūt q̄ mobile ꝑus acquirit unā partē q̄z aliā: immo quālibet partē spatij acquirit successiue. quare opz talē partem diuisibilē eē: q: si nō eēt diuisibilis uel non eēt motus aliqs ibi uel simul eēt ibi moueri ⁊ motū esse: q: spatiū indiuisibile nō pōt acqri successiue ita q̄ ibi moueri ꝑcedat motū eē. Si ergo ipossibile est aliqd simul moueri ⁊ motū eē in parte indiuisibili mot' eē nō pōt, ꝑꝑrie q̄. si. a. b. c. que ponunt ptes magnitudinis eēnt indiuisibiles in nulla tali parte esset motus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si uo fm totum. a. b. c. moueat aliqd ⁊ mot' quo mouet. d. e. z. est fm aūt ipartibile. a. nihil mouet: sed motū est. erit utiq̄z mot': nō ex motibus sed ex momētis

¶ Quia forte diceret aliqs magnitudinē. a. b. c. cōponi ex indiuisibilib' ⁊ fieri motū sup eā: huiusmodi tñ mot' fit super magnitudinē totā: nō aūt sup aliquā ptē ei'. q: ut dicēt aduersari' tota magnitudo est diuisibilis quelibet tñ pars ipsi' est idiuisibilis ideo iprobat circa qd quatuor facit fm q̄ quatuor ratiōes adducit. secūda ibi [⁊ motū eē aliqd.] tertia ibi [si igit necesse est.] quarta ibi [⁊ siqdē idiuisibilia.] Dicit ergo q̄ si totū spatiuz qd ē. a. b. c. moueat. o. qd est aliqd mobile ⁊ mot' quo mouet est. d. e. z. fm aūt impartibilem. a. nihil mouet. sed motū est. Sequit hoc incōueniēs q̄ erit utiq̄z motus nō ex motib' sed ex momentis uel ex mutatis esse. ¶ Notandū aūt q̄ sicut partes magnitudis cōponūt magnitudinē sic mot' facti in partib' huiusmodi cōponūt ipm motū: quare si in qualibet illarum partium nō est moueri sed mutatum esse sequit motū esse ex mutatis esse qd est incōueniēs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et motū eē aliqd nō motū. fz eni. a. trāsiuit nō trāsiens. Quare erit aliqd trāsitū eē nō aliquando iens uel transiēs. Hāc enim transiuit non transiens hanc.

¶ Adducit secundā rationē dicēs q̄ sequit ex dicta positione aliqd nō motū esse motū. dicere eni per magnitudinē fieri motū ⁊ nō per aliquā partē est dicere q̄ aliqd simul sit motū ⁊ nō motum. nā fm hāc positionē mobile trāsiuit. a. nō trāsiens ipsum quare aliqd erit trāsitū. i. pertrāsitum qd tñ nō est aliqñ aliqd iens. i. uadens uel transiēs per ipz. hāc enim partē que est. a. mobile trāsiuit nō transiens hanc. i. nō transiens ipsam. ¶ Notandum autez q̄ qui transit aliqd totum oportet q̄ trāseat quamlibet partem eius. si ergo transitur tota aliqua magnitudo composita ex idiuisibilibus partib' q: totum est omnes partes transibūt quelibet pars ei' rursus q: per indiuisibile nō pōt eē transit' ⁊ motus sequit q̄. a. sit pertransitū ita tamen q̄ per ipz

nihil transiuit. erit ergo idem transitum ꝛ non trāsitū ꝛ per hanc eandē partem que est. a. continget aliqd eē motū ꝛ nō esse motū qḋ est inconueniens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igit̄ necesse est aut quiescere aut moueri oē: quiescit aut per vnūqḋqꝫ eorum que sūt. a. b. c. ergo est aliqd continue qe scens simul ꝛ quod mouet̄: per totā enim a. b. c. mouebatur. o. ꝛ quiescebat ſ꞉ quālibet partem. Quare ꝛ per omnem est

¶ Adducit tertiā rōnē dicēs. si igit̄ necesse est mobile aut qescere aut mouere siue moueri ut hēt alia littera qꝛ ipm mobile qescit vnūqḋqꝫ eoꝝ que sunt a. b. c. ergo est aliqd cōtinue quiescēs ꝛ simul: cum hoc ē qḋ mouet̄. nā per totā. a. b. c. mouebat̄: ꝛ qescebat ſm q̄libet partē quare ꝛ qescit per oēꝫ. i. p totā magnitudinē. simul ergo mouebit̄ ꝛ qescet. ¶ Dubitaret forte aliquis: qꝛ nō videt̄ eē uerū q qḋlibet mobile uel qescat uel moueat̄ ſ꞉ qḋcunqꝫ signatū. Nā ſ꞉ punctū nec est motus nec qes. Cū ergo. a. ꝛ cetere partes magnitudinis ponant̄ indiuisibiles ſm nullā earū erit motus aut qes cui9 oppositū supponebat̄ in lr̄a. Dicendū q licꝫ ex simplici negatione nō possimus inferre affirmationē tn̄ ex negatione cū aptitudine pōt inferri priuatio nō enī ualet hoc nō videt ergo est cecum. ualet tn̄ si nō videt ꝛ est aptū natū videre: ergo est cecū sic qꝛ quies est priuatio mot9 nō vꝫ hoc nō mouet̄ in h ergo qescit ibidē. ualet tamē hoc est aptū natū moueri in hoc ꝛ nō mouet̄. ergo qescit ibidē: igit̄. a. b. c. eo q ponunt̄ partes magnitudinis in qua est motus super eas erit aliquid aptū natū moueri. qꝛ vo ponunt̄ idiuisibiles in nulla earū erit mot9. sequit̄ ergo q in qualibet illarū sit qes cū ſm vnāquāqꝫ eaꝝ sit aptus natus esse mot9 ꝛ tamē nō sit motus hn̄ ergo arguit phs q sup totā magnitudinē. a. b. c. mobile sil' mouet̄ ꝛ quiescit. mouet̄ enī per totā qꝛ hoc ponit aduersarius. quiescit enim per totuꝫ qꝛ qḋ quiescit i qualibet parte oportet q quiescat in toto cū totū sit oēs ptes. ¶ Ulteri9 forte dubitaret aliqs: qꝛ nō videt q in qualibet parte illi9 magnitudinis mobile sit aptū natū moueri. nā cū quelibet illarum partiū ponat̄ indiuisibilis in indiuisibili aūt nec est mot9 nec est aptus natus esse motus falsū est ergo qḋ supponebat̄ in questione pmissa. Dicēdū q ex dicta positione sequit̄ q in qualibet illarum partium sit motus ꝛ non sit motus: ꝛ etiā in qualibet illarum partiū sit aptus nat9 esse mot9 ꝛ non sit aptus natus esse motus. Nā cū ponātur partes magnitudinis si in alia est motus opꝫ q ēt ſm qualibet earū cōtingat moueri ꝛ q ēt ſm quālibet eaꝝ cōtingat moueri sit aptus nat9 eē motus rursus qꝛ ponunt̄ indiuisibiles sequit̄ q ſm quālibet earum nec sit mot9 nec sit aptus nat9 esse mot9 ex omni ergo parte impugnari pōt pdicta positio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et siquidēꝫ indiuisibilia que sunt. d. e. ꝫ. mot9 sunt: motu presente cōtinget utiqꝫ nō moueri sed quiescere. Si aūt non sūt motus: motum non ex motibus esse.

¶ Adducit q̄rtā rationē dicēs q si indiuisibilia que sunt. d. e. ꝫ. sunt mot9 ꝯtingit utiqꝫ pn̄te motu nō moueri sed quiescere: qḋ est icōueniēs. Si aūt. d. e. ꝫ. non sint mot9 cōtinget utiqꝫ motū esse ex non motib9 qḋ fuit incōueniēs ad qḋ adducebat ratio pma. ¶ Notandū aūt q. d. e. ꝫ. ut dicebat̄ supple sunt partes mot9 correspōdentes ptib9 magnitudinis que sūt. a. b. c. nō enī dici pōt q. d. e. ꝫ. nō sūt mot9: qꝛ cū mot9 factus supple dicta magnitudine constet ex predictis ptib9 sequeret̄ q mot9 eēt ex nō motib9. Si ergo. d. est mot9 cū. d. respōdeat ipsi a. qꝛ in. a. nō cōtingit moueri cū sit indiuisibile: ꝛ ēt cū hoc ponat aduersari9 sequit̄ q in. a. presente motu uel presente. d. nō cōtingat moueri. ꝛ qḋ dictū est de. d. intelligendū est de. e. respectu. b. ꝛ de ꝫ. respectu. c. ¶ Notandū ēt q dicit. d. e. ꝫ. eē idiuisibilia: qꝛ ex quo. a. b. c. que ponunt̄ partes magnitudinis sūt indiuisibilia opꝫ q. d. ꝛ. ꝫ. que sūt partes motus correspondētes pdictis partib9 indiuisibilia sint. ¶ Notādū ēt q ponētes p totā magnitudinē. a. b. c. eē motū nō tn̄ eē per aliquā partē ei9 ut patet ex littera: phūs per quatuor rationes ducit ad quatuor icōueniētia: qꝛ hoc posito mot9 erit ex nō motib9. rursus erit aliqd pertrāsituꝫ qḋ nullus pertransiuit. ampli9 simul idē mouebit̄ ꝛ quiescet ulteri9 presente motu cōtinget aliqd non moueri. ¶ Notandū etiā q qꝛ mot9 ꝛ magnitudo nō possūt cōponi ex indiuisibilib9 nec diuidi in idiuisibilia opꝫ talia diuidi in semp diuisibilia. ꝛ qꝛ hec est ratio cōtinui sequit̄ magnitudinē ꝛ motū eē quid cōtinuū: imo qꝛ mot9 q sic diuidat̄ ꝛ q sic cōponat̄ hēt a magnitudine cōtinuitas mot9 est ex cōtinuitate magnitudinis. Si igit̄ cōsiderent̄ pdicta sufficienter ostēdit̄ magnitudinē ꝛ motū eē de gn̄e cōtinuoꝝ ꝛ q ꝯtinuitas vni9 dependet ex continuitate alterius. Lectio. III.

Similiter aūt necesse longitudini ꝛ motui indiuisibile eē tp̄s ꝛ cōponi ex ipsis nūc existentib9 indiuisibilib9.

¶ Postq̄ phs ostendit motū eē cōtinuū ꝛ diuidi in semp diuisibilia: qꝛ magnitudo super quā est motus est cōtinua ꝛ est sic diuisibilis. in pte ista ostēdit tp̄s eē cōtinuū: qꝛ magnitudo ꝛ mot9 sūt qd cōtinuū. Circa qḋ duo facit. qꝛ p pponit qḋ intēdit. secūdo manifestat qḋ dixerat ibi. sicut ois diuisibilis est. ¶ Dicit ergo q necesse est tp̄s esse indiuisibile: similiter longitudini ꝛ motui: ꝛ necesse est tempus esse compositum ex ipsis nunc entibus idiuisibilibus sicut supple componit̄ magnitudo ꝛ motus. q̄si dicat q si magnitudo ꝛ motus componunt̄ ex idiuisibilibus sequit̄ q ꝛ tēpus esse sic cōpositum. ergo ab oppositis cū magnitudo ꝛ motus sint qd continuum ꝛ diuidi habeant in semp diuisibilia tempus erit qd cōtinuū ꝛ erit diuisibile in semper diuisibilia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si enim omnis diuisibilis est in minore autem equaliter uelox transibit minorēꝫ diuisibile erit ꝛ tp̄s. Si autem tempus diuisibile erit: in quo fert̄ aliquid per ipsum a. ꝛ que est ipsum. a. erit diuisibile.

¶ Probat qḋ dixerat. ad cui9 euidentiā sciēdū q tēpus quantitatē quā hēt hēt a motu ꝛ magnitudine. rursus quātitatē quā hēt tp̄s a motu ꝛ a magnitudine est quantitas cōtinua. Amplius cum ratio infiniti quantati congruat oportet q finitas ꝛ infi

finitas in tpe sint a finitate ꝛ ifinitate magnitudīe ꝛ motu. ex eo ergo ꝙ tp̄s hēt q̄ntitatē a magnitudine cū oē q̄ntū sit diuisibile sequit ꝙ tp̄s sit diuisibile sicut ꝛ magnitudo. ex eo vō ꝙ q̄ntitas quā habet tp̄s a magnitudine nō est quātitas quecūqꝫ sꝫ ꝯtinua sequit ꝙ sicut magnitudo est diuisibilis in semꝑ diuisibilia sic diuisibile sit ꝛ tp̄s. tria ergo facit: qꝛ pmo ostēdit tp̄s eē diuisibile. secūdo declat ip̄m eē diuisibile in semꝑ diuisibilia. tertio ostēdit tp̄s eē finitū ꝛ infinitū sicut ip̄a magnitudo a qua hēt ꝙ sit q̄ntū ꝛ ꝯtinuū. secūda ibi. qm̄ āt ois motus. tertia ibi. ꝛ si qdcūqꝫ infinitū. Circa pmū duo facit fm ꝙ dupl'r ostēdit tēpus eē diuisibile pmo eni ośdit hoc ex uelocitate equali. secūdo ex uelocitate maiori: ibi. qm̄ autē ois. Dicit ḡ ꝙ si magnitudo est diuisibilis in minori tpe equaliter uelox trāsibit minorē magnitudinē diuisibile erit tp̄s. patet ergo ꝙ ex diuisibilitate magnitudinis sequit diuisibilitas tpis. qꝛ quāto minꝰ accipit de magnitudine minꝰ apponit ibi de tpe. Si igit magnitudo est diuisibilis ꝛ tp̄s erit diuisibile ꝛ econuerso. si tp̄s erit diuisibile in quo tpe fert aliqd per ip̄m. a. i. per ip̄m spatiū uel per ip̄az magnitudinē Si ita est sequit ꝙ magnitudo que est ip̄m. a. erit quid diuisibile. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Quoniā aūt omnis magnitudo in magnitudines diuisibilis ostensuꝫ est eni qm̄ iꝑossibile est ex athomis ꝯtinuū eē aliqd magnitudo aūt ois ꝯtinua necesse est ueloci⁹ in equali tpe mai⁹ ꝛ in minori plus moueri: sicut diffiniūt quidā ip̄ꝫ uelocius.

ℭ Adducit scdam rōnē. Circa qd duo fac. qꝛ pmo pmittit necessaria ad ꝓpositū. secūdo illis pmissis arguit itētū ibi. Sit eni ip̄ꝫ in quo. a. Dicit ergo ꝙ ois magnitudo est diuisibilis in magnitudines ꝛ ꝙ ostēsuꝫ est pri⁹ ꝙ iꝑossibile est ꝯtinuū aliqd eē ex athomis. i. ex idiuisibilibꝰ. magnitudo aūt ois ꝯtinua est. nō igit erit magnitudo ex idiuisibilibꝰ sed diuidet in semꝑ diuisibilia. qꝛ ḡ sic est necesse est qd est ueloci⁹ in equali tpe ire per mai⁹ spatiuꝫ ꝛ ēt in minori tpe plus moueri. i. ire per mai⁹ spatiū: ꝛ supple necesse est hꝰᵐ uelox per eq̄le spatium ire in minori tpe sicut quidā diffiniūt ip̄ꝫ ueloci⁹. ℭ Notādū aūt ꝙ ex diuisibilitate magnitudinis mot⁹ hēt eē uelox ꝛ tarduꝫ. nā nisi eēt magnitudo maior ꝛ minor ꝛ equalis ꝛ nisi eēt magnitudo ꝯtinua ꝛ diuisibilis non eēt assignare quō ueloci⁹ in minori tpe trāsit mai⁹ spatiū ꝛ quō trāsit equale ēt in minori tpe. ut ergo hoc arguēt phūs pmittit magnitudinē eē ꝯtinuā ꝛ eē diuisibilē in semꝑ diuisibilia. ℭ Dubitaret forte aliqs: qꝛ videt ꝙ hic dicitur oino eē extra ꝓpositū. Nā cū hic phūs ꝓbare uelit tp̄s eē diuisibile videt oino ire extra ꝓpositū designando ꝓportionē uelocis ad tardū. Dicēdū ꝙ si tp̄s reperitur maius ꝛ minus ꝛ magnitudo reperit maior ꝛ minor opꝫ tā tp̄s q̄ꝫ magnitudinē esse qd diuisibile. Cū ergo nō possit ueloci⁹ in eq̄li tpe moueri per mai⁹ spatiū ꝛ in minori tpe moueri per eq̄le spatiū nisi reperiat tp̄s mai⁹ ꝛ minꝰ ꝛ magnitudo maior ꝛ minor. ꝛ per ꝯns si tā tp̄s q̄ꝫ magnitudo sit qd diuisibile ex ꝓportiōe quā hēt uelox ad tardū arguit tp̄s ꝛ magnitudinē qd diuisibile esse. posset ḡ sic formari ratio: si ueloci⁹ in eq̄li tpe transit mai⁹ spatiū ꝛ eq̄le spatiū trāsit in minori tpe: ꝛ mai⁹ spatiū trāsit in minori tpe de necessitate reperit tp̄s mai⁹ ꝛ minꝰ ꝛ magnitudo maior ꝛ minor: ꝛ per ꝯns de necessitate talia sūt diuisibilia: sed e necessariū sit uelox hēre dictas ꝓportiones ad tarduꝫ ergo necessariū est talia diuisibilia eē. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Sit eni ip̄ꝫ in q̄. a. eo qd in quo. b. ueloci⁹ Qm̄ igit ueloci⁹ quod primum mutat in quo tempore ip̄m. a. mutatū est ab ip̄o. c. in ipsum. d. s. in tempore. ꝫ. i. in hoc ipsuꝫ b. nō erit iuxta ip̄m. d. sed deficiet. Quare in equali tempore abibit uelocius.

ℭ Ostēdit tales ꝓportiones necessarias eē. circa qd tria facit: qꝛ pmo ośdit ꝙ ueloci⁹ in eq̄li tpe trāsit maius spatiū. secūdo declarat ꝙ in minori tpe transit plus de spatio. tertio manifestat ꝙ equale spatiuꝫ trāsit in miori tpe. 2ᵒ ibi. at vō. 3ᵒ ibi. manifestū aūt ex his. Dicit ergo. sit. eni ip̄ꝫ in quo est. a. ueloci⁹ eo qd ē i quo est. b. qm̄ igit ueloci⁹ est qd mutat supple citi⁹ ul' qd mutat pmū ut hēt alia lr̄a. qꝛ ergo sic est in tpe in quo ip̄m. a. mutatū est ab ipso c. in ip̄m. d. s. in tēpore. ꝫ. i. in hoc tpe ip̄ꝫ. b. qd est tardius nō erit iuxta ip̄ꝫ. d. sed deficiet ab ip̄o: q̄re in eq̄li tpe ueloci⁹ plus hēbit de spatio. est ḡ vis rōnis ꝙ qꝛ de rōne uelocioris est ꝙ citi⁹ ꝑtingat ad terminū in illo tāto tpe in quo uelox attingit terminū nō attinget ip̄ꝫ qd est tardū: quare in equali tpe mouebit tardū per minꝰ spatium ꝛ uelox per maius. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ At vō ꝛ in minori plus. In quo eni ip̄ꝫ a. factū est iuxta ip̄m. d. ipsuꝫ. b. erit iuxta e. cū tardius est. Ergo quoniam ipsuꝫ. a. ad ipsum. d. factū est in omni in quo est. ꝫ. i. tēpore ad ip̄ꝫ. t. erit in minori hoc: ꝛ erit in quo. ꝫ. k. Ipsum quidē igitur. e. t. quod transiern ip̄ꝫ. a. maius est ipso. e. e. Tempus aūt q̄d est. ꝫ. k. minus est omni eo q̄d est. ꝫ. i. Quare in minori abibit maius.

ℭ Ostēdit ꝙ uelox in minori tpe plus ibit de spatio. At vō in minori. s. tpe plus supple ibit de spatio uelox q̄ꝫ tardū. nā in tpe in quo ip̄ꝫ. a. qd est uelox factū est iuxta ip̄m. d. ip̄ꝫ. b. cū sit tardi⁹ erit iuxta ip̄ꝫ. e. itelligit eni per. e. aliqd spatiū citra. d. qm̄ ḡ ip̄m. a. factū est ad ip̄m. d. in oī tpe. i. in toto tpe in quo est. ꝫ. i. hoc. s. a. erit in minori tpe ad ip̄ꝫ. t. erit ḡ in tpe in quo est. ꝫ. k. Intēdit eni per. ꝫ. k. tp̄o minus q̄ꝫ. ꝫ. i. ꝛ itēdit per. t. spatiū mai⁹ q̄ꝫ. e. ꝛ min⁹ q̄ꝫ. d. qꝛ ḡ ip̄m qdē. e. t. qd transit ip̄m. a. est maius ipo. c. e. qd trāsit ip̄ꝫ. b. tēpus āt qd est. ꝫ. k. in quo uelox trāsit. e. t. min⁹ est oī. i. toto tpe qd est. ꝫ. i. in quo tardū trāsit. c. e. qꝛ ita est seq̄t ꝙ ueloci⁹ in minori tpe hēbit mai⁹ spatiū. ℭ Notandū aūt hanc demonstrationē sumere originē ex pmissa. nā si ueloci⁹ in eq̄li tpe attigit ad ulteriorē terminū: ut qꝛ attingit ad. d. tardū vō attingit magis citra: qꝛ ad e. si signet termin⁹: utputa si signetur. e. inter. d. ꝛ e. ad illū terminum attingit uelox in minori tpe q̄ꝫ ad. d. qꝛ ad terminū magis citra idē mobile citius attinget: erit ergo ibi min⁹ de tpe: ꝛ tamē spatium illud maius erit spatio qd trāsit tardum in mino-

ri tempore. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifestum autem ex his: ⁊ quod velocius in minori tpe abibit equale. Quoniam quidē enī maiorē in minori trāsit tardiori: ipsum autē ƀm seipsum acceptum in pluri tempore maiorem minori.

¶ Ondit ꝙ velox trāsit equale spatiū in minori tpe. Circa qd duo facit ƀʒ qd dupl'r ꝓbat itētū. secūda ibi [amplīꝰ aūt si oē.] Circa pᵐ duo facit. qꝛ pmo pmittit quedā necessaria ad ꝓpositū. secūdo illis pmissis arguit itētū ibi [ut que est. l. m.] Dicit ergo ꝙ manifestū est ex his ꝙ velociꝰ in minori tpe habebit equale spatiū. ad hoc āt ꝓbādū pmittit duo quoꝝ primū est qm̄ quidē velox trāsit maiorē magnitudinē in minori tpe tardiori. i. q̄ꝫ faciat tardiꝰ ut pʒ ex pcedētibꝰ. scōm aūt qd pmittit est ꝙ ipm a. i. ipʒ mobile qdcūqꝫ sit ƀʒ se acceptū in pluri tpe transit maiorē magnitudinē: minori aūt. i. in minori tpe trāsit minorē magnitudinē. Est aūt hoc qd 2° pmittit. q. per se notū: qꝛ semp plus de spatio ꝑ se loquēdo plus reqrit de tpe. ¶ Deide cū dicit.

¶ Ut que est. l. m. ea que est. l. x. plus utiqꝫ erit tps: qd. p. r. in quo ipʒ. a. transit. l. m. q̄ꝫ quod est. p. s. in quo transit ipsum. l. x. Quare siquidē est. p. t. tps: minus est eo in quo est. b. in quo quod est tardiꝰ trāsit ipm. l. x. ⁊ quod est. p. s. tēpus minꝰ est eo in quo est. b. ipo enīʒ. p. r. minꝰ est. minore autēʒ minus: ⁊ ipsū minus est. Quare in minori movebit equale.

¶ Ex his que pmiserat arguit itētū dicēs ꝙ magnitudo que est. c. l. m. maior est ea magnitudine que est. l. x. ⁊ qꝛ ita est plus utiqꝫ erit tps qd est. p. r. in quo ipʒ. a. trāsit. l. m. q̄ꝫ qd ē. p. n. i q̄ trāsit. l. x. supponebat enī supple ꝙ idē moⁱˡⁱ maiori tpe ptrāsit maiorē magnitudinē ⁊ i minori miorē g. p. r. qd ē tps i q̄ trāsit magnitudo maior erit plus q̄ꝫ. p. s. i q̄ trāsit minor. Addit aūt ꝙ si tps qd est. p. r. minꝰ est eo in quo est. b. in quo tpe qd est tardiꝰ trāsit ipʒ. l. x. si ita est sequit ꝙ ipm qd est. p. s. mlto magis est minꝰ tps eo tpe in q̄ est. b. Nā si. p. s. minꝰ est tpe p. r. ergo multo magis est minꝰ ipso. b. qꝛ qcqd est minꝰ minore ⁊ ipm est minꝰ maiore. sequit ergo ꝙ velocius in minori tpe movebit per equale spatiuʒ. est igit vis demōstratiōis hꝰ ꝙ qꝛ velociꝰ trāsit maiꝰ spatiū in minori tpe. g eq̄le spatiū adhuc trāsibit in minori. ¶ Notadū aūt ad intelligentiā demonstrationis predicte ꝙ phūs imaginat tps qddā divisuʒ in tres partes: vel imaginat tria tpa se habere per ordinē. vʒ. p. s. p. r. ⁊. b. ita ꝙ est maiꝰ tps q̄ꝫ. p. r. ⁊. p. r. q̄ꝫ. p. s. rursus imaginat magnitudinēʒ dividi in duas ptes. s. in. l. m. ⁊ in. l. x. ita ꝙ. l. x. est ps magnitudinis. d. l. m. ulteriꝰ aūt supponit ꝙ velox transeat. l. m. in tpe. p. r. ⁊ tardū trāseat. l. x. qd est minꝰ q̄ꝫ. l. m. in tpe. b. qd est maius tps q̄ꝫ. p. r. supponebat enī supple ꝙ velociꝰ trāsit maiꝰ spatiū in minori tpe. ex hoc ergo arguit ꝙ si velox trāsit. l. m. qd est maius spatiū in minori tpe trāsibit. l. x. qd est equale spatiuʒ ad hoc in minori tpe: quare equale spatium transibit in minori tpe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius aūt si oē necesse qdē: aut in eq̄li: aut in minori: aut i pluri moveri: ⁊ qd qdē in pluri: tardiꝰ est. Qd aūt in equali eq̄ velox. Velociꝰ aūt nō est equaliter velox neqꝫ tardius: neqꝫ utiqꝫ in pluri aut eq̄li movet ipm velociꝰ relinquit igitur in minori. Quare necesse est equalē magnitudinem minori tempore trāsire velocius.

¶ Adducit secūdā rationē dicēs ꝙ si oē qd movetur necesse est moveri aut in equali tpe aut in minori aut in pluri. ⁊ ꝙ qdē in pluri tpe trāsit aliqd est tardius. qd aūt in eq̄li eque velox. sequit ergo ex his ꝙ velociꝰ qꝛ neqꝫ est equaliter velox neqꝫ tardius est q̄ꝫ tardū. iō sequit ꝙ per equale spatiū nō movet ipm qd est velociꝰ neqꝫ utiqꝫ in pluri tpe neqꝫ in equali. relinquit ergo ꝙ in minori: quare necesse est ꝙ est velociꝰ magnitudinē equaliter se habētē trāsire in minori tpe. est ergo vis rōnis huiꝰ ꝙ qꝛ velocius magnitudinē equalē nō pōt trāsire in eq̄li tpe: qꝛ tūc nō eēt velociꝰ nec in pluri: qꝛ tūc esset tardiꝰ. relīqtur ergo ꝙ eā trāseat in minori. ¶ Dubitaret forte aliquis: qꝛ videt ꝙ phūs demonstret circulariter. probat enī per velocitatē ⁊ tarditatē divisionē tpis ⁊ magnitudinis. Nā ut supra dicebat si est dare velocitatē ⁊ tarditatē est dare tēpus maius ⁊ minꝰ ⁊ magnitudinē maiorē ⁊ minorē ⁊ per ꝯñs ut dicebat est dare talia divisibilia eē. arguit ergo ex velocitate ⁊ tarditate quātitatē tpis ⁊ magnitudinis. rursus ex quātitate tpis ⁊ magnitudinis arguit velocitatē ⁊ tarditatē: qꝛ illd est velox qd in pauco tpe transit multū. tardū vo in multo parū. Si ergo q̄ntitas tpis ⁊ magnitudinis probat velocitatē ⁊ tarditatē ⁊ velocitas ⁊ tarditas ꝓbant quātitatē tpis ⁊ magnitudinis ergo quantitas tpis ⁊ magnitudinis ꝓbat q̄ntitatem tpis ⁊ magnitudinis ⁊ idē ꝓbat seipm qd est icōveniēs. Dicēduʒ ꝙ tūc est circularis demōstratio qn̄ itur ab eodē in idē per idē. ipossibile est ergo circulo demōstrare. qꝛ per idē genꝰ cāe ⁊ ƀm eūdē modū demōstrādi nō ꝯvertunt demōstrationes. ꝓbat enī cā effectū ⁊ hic effectꝰ cām nō tn̄ ꝑꝑ hoc est demōstratio circularis qꝛ nō est ibi idē modus demonstrandi. Nā cū per cām demōstremꝰ effectū est ibi demonstratio ꝓpter qd ⁊ a priori: sʒ cū per effectū ostēdimꝰ cām est ibi demonstratio qꝛ ⁊ a posteriori: quare cū imus a cā ad effectum ⁊ ab effectu ad cām quodāmodo imus a cā ad cām ⁊ ab eodē in idē. Sed qꝛ hoc nō est per idē nec ƀʒ eundē modū demōstrandi. ideo nō ꝓpter hoc arguit ꝙ contingat circulo demōstrare. ⁊ qd dictū est de cā respectu effectꝰ intelligendū est in his que sunt sibi cāe adinvicē. Nā ⁊ potio est cā sanitatis ⁊ sanitas potionis. cū ergo per potionē ꝓbat sanitas ⁊ per sanitatē potio quodāmodo itur a cā ad cām per cām ⁊ utrūqꝫ respectu utriusqꝫ hēt rationē cāe. sive enī per potionē ꝓbet sanitas sive econverso semp est demonstratio per cām nō tn̄ ꝓpter hoc est ibi proprie circulus. naʒ lʒ hꝰ conversio plus accedat ad circulationē q̄ꝫ pma: nō tn̄ in tali ꝯversione est ibi cōpleta rō circulationis: qꝛ q̄ꝫuis eamꝰ a cā ad cāʒ ⁊ per cām nō tn̄ ꝓprie imus ab eodē in idē ⁊ per idē qꝛ nō est ƀm idē genꝰ cāe. potio enī causat sanitatem ut efficiēs. sed sanitas est cā potionis tanq̄ꝫ

finis.tūc ergo eēt ibi ꝓpꝛie circulatio aut aliq̄ duo
se inferēt adinicē eodē mō ita ꝙ vnū eēt cā alteri⁹
ꝛ ecōuerso ꝑm idē gen⁹ cāe ꝙ eē nō pōt. Nō est ḡ
icōueniēs ꝓcedere ab eodē i idē si hoc nō sit eodē
modo.cū ḡ uelocitas ꝛ tarditas ꝓbēt q̄ntitatē tē-
poris ꝛ magnitudinis.alr vō q̄ntitas tp̄is ꝛ ma-
gnitudinis ꝓbēt uelocitatē ꝛ tarditatē nō est icō
ueniēs vnū ꝓbare per aliud ꝛ ecōuerso. Nā cū ꝑ
q̄ntitatē tp̄is ꝛ magnitudinis ꝓbam⁹ uelocitatē ꝛ
tarditatē ꝓcedim⁹ a p̄ori.Dū aūt facim⁹ eꝫ facim⁹
demōstrationē q: ꝛ ꝓcedim⁹ a posteriori:vñ ꝯ^{tor}
ait ꝙ diuisibilitas magnitudinis est cā diuisibili-
tatis uelocitatis ꝛ tarditatis.Sꝫ uelocitas ꝛ tar
ditas sunt signa diuisibilitatis ꝛ magnitudinis tñ
ꝛ ipse ait huiusmodi signa sūt demonstrantia ꝛ cō
uertunt̃ cū suis causis ita ꝙ si ponit̃ uelocitas tar
ditas ponitur diuisibilitas temporis ꝛ magnitu-
dinis ꝛ econuerso. Lectio.IIII.

Uoniā aūt oīs mot⁹ in tp̄e est:pos
q sibile est moueri.Oē autē illud qd̄
mouet̃:ꝯtigit ꝛ ueloci⁹ moueri ꝛ
tardi⁹:an oī tp̄e erit ueloci⁹ ꝛ tardi⁹ moue
ri.Hec aūt cū sint:neċe est ēt tp̄s ꝯtinuū
eē.Dico aūt cōtinuū eē diuisibile in semꝑ
diuisibilia.Huiusmodi eni supposito cō-
tinuo necesse est ꝛ tempus cōtinuū esse.

¶ Ut dicebat̃ nō qd̄libet diuisibile hēt rōnē ꝯtinui
Sed illud diuisibile est ꝓpꝛie cōtinuū qd̄ diuidit̃
in semꝑ diuisibilia.ꝓbatū est eni supra ꝙ opꝫ tp̄s
eē diuisibile:q: magnitudo est diuisibilis.Sed ex
hoc nō ꝑfecte habet̃ ꝙ tp̄s sit qd ꝯtinuū:ut ḡ ph̄s
perfecte ostēdat tp̄s eē cōtinuū ꝓbat tp̄ꝫ eē diuisi
bile in semꝑ diuisibilia.Circa hoc aūt duo facit ꝑꝫ
ꝙ dupl'r ꝓbat intētū.2° ibi Ampli⁹ aūt ꝛ ex ꝯsue
tis. Circa p^m duo facit:q: p̄ p̄mittit quedā neces
saria ꝛ ad ꝓpositū.secūdo illis p̄missis arguit itētū
ibi Qm̄ enim ostēsum est. Dicit ḡ ꝙ oīs mot⁹ fit
in tp̄e ꝛ in omni tp̄e possibile est moueri.si eni tēp⁹
est numer⁹ mot⁹ opꝫ ꝙ semꝑ mot⁹ fiat in tp̄e cum
nō sit dare motū sine p̄ori ꝛ posteriori ad que seq̄t
tp̄s.rursus in omni tp̄e possibile est moueri:q: sem
per in ꝓpꝛio nūo ꝛ in ꝓpꝛia mensura possibile est
eē ꝓpꝛiū mēsuratū.Addit aūt ꝙ oē qd̄ mouet̃ cō
¶ Probat qd̃ dixerat. s. q̈ omne qd̃ mutatuz est: est in termino ad quẽ mutatuz est. Circa qd̃ duo facit s̃m q̈ duas rõnes ad h̃ adducit. 2ª ibi⌊ amplius.⌋ Dicit ergo q̈ una mutatio est s̃m ꝯdictionẽ: ut qñ mutatũ est ab eo qd̃ nõ est inesse. Qd̃ ergo sic mutatum est deficit nõ ens. i. distat ⁊ deficit a nõ esse. erit ergo in ipso esse: q: omne qd̃ est necesse est esse: aut nõ eẽ. manifestũ est igit̃ q̈ i mutatione s̃z ꝯdictionẽ qd̃ mutatuz est necesse est esse in termino in quo mutatũ est. Si autẽ h̃ est in hac mutatione est ẽt ⁊ in alijs mutationib⁹: q̈a silr est in una mutatione ⁊ in alijs. ¶ Notãdũ aũt vim rõnis huius in h̃ ꝯsistere: q̈ q: inter ꝯdictoria nõ est mediũ qcqd recedit ab uno extremo ꝯdictionis de necessitate est in alio. Cũ ergo mutari a nõ eẽ ad esse sit recedẽ ⁊ deficẽ a nõ esse q̈ sit mutatũ est qñ mutatuz est: q̈a iam defecit ⁊ recessit a nõ eẽ a quo mutatũ est: ergo de necessitate est in esse ad qd̃ mutatũ est. eodẽ aũt modo se hẽret si inciperet mutatio ab esse ⁊ terminaret̃ ad nõ esse. Nam q̈ sic mutatũ est: q: defecisset ab esse de necessitate esset in nõ esse. Patet ergo q̈ in mutationibus s̃m ꝯdictionẽ omne qd̃ mutatũ est qñ mutatũ est: est in termino ad quem mutatũ est: ⁊ q: quãtũ ad hoc simile est de hac mutatione ⁊ de alijs arguere debemus q̈ in oĩbus mutationibus sic se habeat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius aũt ⁊ s̃m unãquãq3 accipiẽtibus manifestũ est: sigdẽ necesse est quod mutatũ esse alicubi: ex quo mutatum est: aut in aliquo. Qm̃ aũt ex quo mutatũ est deficit: necesse est autez esse alicubi: aut in hoc: aut in alio erit: sigdem igit̃ in alio ut in ipso. c. quod in ipsum. b. mutatũ est: iterũ ex. c. mutatur in. b. Nõ enim erat habitum ipsi. b. Mutatio enim cõtinua est. quare quod mutatum est qñ mutatũ: mutatur in quod mutatum est: hoc autẽ impossibile. Necesse ergo quod mutatũ est esse in hoc in quod mutatum est.

¶ Adducit scd̃am rõnẽ. circa qd̃ duo facit. q: p̃ facit qd̃ dictũ est. 2° ꝯcludit q̃sdaz ꝯñes que sequunt̃ ex dictis ibi⌊ manifestũ igit̃ est.⌋ Dicit g̃ q̈ amplius s̃m unãquãq3 mutationẽ accipiẽtib⁹ manifestũ est supple qd̃ dictũ est. vz q̈ oẽ qd̃ mutatũ est: est i termino in quo mutatũ est: q: sigdẽ necesse est qd̃ mutatũ est eẽ alicubi: aut g̃ erit in termino ex quo mutatũ est: aut in aliquo alio. Qm̃ aũt qd̃ mutatũ est deficit a termĩo ex quo mutatũ est: ideo supple nõ erit in illo termino. Sz necesse est h̃ qd̃ mutatũ est alicubi eẽ: aut g̃ erit inchoatio. s. in termino ad quẽ mutatũ est: ⁊ tũc hẽbit̃ itẽtũ: aut erit in alio t̃mino si aũt est in alio t̃mino: utputa qd̃ mutatũ est in ipz b. nõ est in ipso. b. s3 in ipo. c. q: iterũ ex. c. mutat̃. i. poterit mutari aliqd in. b. q: nõ erit ipm. c. habitus i. ꝯiũter se hñs ipi. b. Nã mutatio ꝯtinua est. Nõ g̃ est ibi dare t̃minos ꝯiũter se hñtes: q̈re si qd̃ mutatũ est in. b. nõ est in. b. s3 in alio: ⁊ põt mutari in. b. seq̃t̃ qd̃ mutatũ est qñ mutatũ est mutat̃ in id i qd̃ mutatuz est: q: aũt h̃ est ipoĩe necesse est qd̃ mutatũ est eẽ in h̃ qd̃ mutatũ est. ¶ Notãdũ aũt totam vim hui⁹ rõnis in h̃ ꝯsistẽ: q: si qd̃ mutatũ est in. b. nõ est in. b. s3 in aliq̃ alio termĩo. sequit̃ q: qd̃ est in alio t̃mino a. b. põt mutari in. b. seq̃t̃ q̈ id qd̃ mutatũ est in. b. cũ mutatũ est in. b. põt mutari in. b. ⁊ mutatũ eẽ in. b. qd̃ est icõueniẽs. Nõ g̃ dici põt q̈ id qd̃ mutatũ est in. b. sit in alio termĩo a. b. ¶ Notandũ ẽt hãc rõnẽ multiplr differre a p̃missa. p̃ q: illa est ostẽsiua. h̃ aũt ducẽs ad ipoĩe. 2° q: illa arguit sine medio, ostẽdit eñi q̈ q: iter ꝯdictoria nõ est mediũ. ideo statĩ cũ aliqd recedit a nõ eẽ est in eẽ ⁊ ꝯ°. Jõ si aliqd mutet̃ ex nõ eẽ in eẽ: q: deficit a nõ eẽ ex quo mutatuz est. Jõ de necessitate est in esse ad qd̃ mutatũ est. h̃ aũt arguit per mediũ ut si aliqd mutatũ est in. b. q: nõ est in t̃mino a quo mutatũ est cũ ab eo defecerit: s3 ẽt nõ est in. b. i qd̃ mutatũ est ponet̃ eẽ in medio t̃mino: ut in. c. q: g̃ ex. c. põt mutari in. b. silr erit mutari. s. in. b. ⁊ mutatũ eẽ in. b. qd̃ est incõueniẽs. has autẽ duas dĩas tãgit ꝯ°r. assignat̃ aũt coiter tertia dĩa. vz q̈ h̃ demonstratio est uliox. p̃a q: illa arguit directe. de mutatione ꝯdictoria. h̃ autẽ applicari põt quodãmodo ad oẽs demõstrationes. Sz forte h̃ tertia dĩa hẽt calũniã: q: cum h̃ demõstratio arguat rõne medij forte nõ ꝯueniẽter applicari põt ad mutationẽ ꝯdictoriã s̃m quã nõ repit̃ mediũ. ¶ Notãdũ aũt q̈ he demõstratiões sunt ꝯueniẽter adducte. Nã cũ p̃a arguat directe de mutatiõe ꝯdictoria. 2ª ṽo de mutatiõib⁹ alijs cũ in mutatione ꝯdictoria nõ sit mediuz. in alijs ṽo hẽat esse mediũ recte p̃ma demõstratio arguit nõ per medium. 2ª ṽo arguit per mediũ. ¶ Notãdũ ẽt qd̃ mutatũ est qñ p̃ mutatũ est de nec̃itate est in termĩo ad quẽ mutatũ est. Sz postea põt recedẽ ab illo termino ⁊ ire ultra illũ ⁊ eẽ in alio termino: q̈re si qd̃ mutatũ est in. b. nunq̃ fuit in. b. seq̃t̃ q̈ nõ erit ultra. b. Cũ g̃ qd̃ sic mutatũ est nõ possit eẽ in termino a quo: q: ab illo defecit nec ponat̃ eẽ uel fuisse in termino ad quem op3 q̈ sit in termino medio: utputa in. c. ⁊ q: ex. c. iterũ põt mutari in. b. simul erit mutari in. b. ⁊ mutatum esse in. b. qd̃ est incõueniẽs. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Manifestũ igit est: ⁊ quod factum cum factum est: erit ⁊ quod corruptum est: nõ erit: vniuersaliter enim dictũ est ⁊ de omni mutatione: ⁊ maxime est manifestum in ea que est ſm cõtradictionem. Quod qdem igitur quod mutatum est: cuȝ mutatum est: primuȝ in illo est: manifestũ est.

¶ Cõcludit qdã que sequunt ex dictis. d. q manifestũ est q oẽ qd factũ est cũ factũ est erit: ⁊ qd corruptũ est cũ corruptũ est nõ erit. ulr aũt dictuȝ est de oi mutatiõe: q sẽp qd mutatũ est: est i termino ad quẽ ⁊ maxie hoc manifestũ est in ea mutatiõe que est ſm ꝯdictionẽ tñ in oi mutatione hoc hẽt veritatẽ: ꝫ magis lateat in aliis mutatiõib quã in mutatione ꝯdictoria. 2o ꝯcludit ex dictis qd manifestũ est q id qdẽ qd mutatũ est cum mutatũ est: in illo termino in quem mutatũ est pm. ¶ Notãdũ aũt q si qd mutatũ est: est in t'mino ad quẽ cũ factio terminet ad eẽ. corruptio aũt ad nõ eẽ qd factũ est erit. qd vo corruptũ est nõ erit. ¶ Notãdũ ẽt q q2 inter ꝯdictoria nõ est mediũ: ga quod deficit a termino a quo statĩ manifestũ est ipm eẽ in termino ad quẽ: q2 nõ pot eẽ in aliq alio t'mino: ꝫ in aliis mutatiõib ubi pter terminũ a quo est dare aliũ terminuȝ quã terminũ ad quẽ nõ sic manifestũ est qd dr. ¶ Notãdũ ẽt q ait in qd mutatũ est pm: q2 qñ aliqd mutatũ est in aliquẽ terminuȝ pm necesse est ibi eẽ: sed postmodũ pot idẽ ab eo recedẽ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ In quo autẽ primo mutatum est: quod mutatum est: necesse est athomũ esse. Dico autem primum quod non per alterũ: aliquid ipsius esse huiusmodi sit.

¶ Ondit quõ cõparat mutatũ eẽ ad suã mẽsurã. circa qd duo facit. q2 p ait q mutatũ eẽ mẽsurat mẽsura idiuisibili. 2o pbat qd dixerat ibi sit igit diuisibile. Dicit g in quo aũt p mutatũ est qd mutatũ est necesse est illud eẽ athomũ ⁊ eẽ nũc tpis: ita q p mutatũ eẽ nõ est in tpe: sed in nũc tpis. Exponit aũt qd appellat pm mutatũ eẽ. d. q pm mutatuȝ eẽ est in quo appellat qd sit hm nõ per aliqd alterũ ipsius: ꝫ per seipm. ¶ Notãdũ aũt q pot qd dici mutatũ eẽ in tpe: q2 mutatuȝ est in instãti qd est aliqd tpis. Sed tũc nõ p mutatũ est in tpe: sed tũc p mutatũ esse in tpe aliquo qñ illud mutatũ eẽ tanq̃ mẽsura ppria mensurat tẽpore. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sit igit diuisibile quod est. a. c. ⁊ diuidatur ſm. b. siqdem igitur in. a. b. mutatum est: aut iterum in. b. c. non utiq in primo quod est. a. c. qd mutatum est erit: si autẽ transmutabat in utroq: necesse est enim in utroq trãsmutatuȝ esse: aut trãsmutari: ⁊ utiq in toto transmutabat: sed erat mutatũ. Eadem aũt ratio ⁊ si in hoc qdẽ mutatur: in hoc autem mutatuȝ est. Erit enim aliquid primo prius. Quare non erit utiq diuisibile in quo mutatum est. Manifestum est igit: q2 ⁊ quod corruptũ est: ⁊ quod factum est in athomo hoc qdem corruptum: hoc autem factum est.

¶ Ondit q opȝ mutatũ eẽ est in istãti ⁊ mẽsurari mẽsura idiuisibili. 2o ait sit igit qd est. a. c. diuisibile ⁊ diuidit ſm. b. si igit in. a. b. mutatũ est: aut iterũ in b. c. alia lra hẽt: aut rõnẽ in. b. c. Sȝ est corrupta ut pȝ ex alia lra. vult g dicẽ q si qd mutatuȝ est in. a. c. diuisibili ⁊ mutatũ est in q̃libet pte ei. vȝ in. a. b. ⁊ iterũ ẽt in. b. c. nõ utiq qd mutatũ est erit p mutatũ in eo qd est. a. c. sed p mutabit in pte eius. Si aũt trãsmutat in utraq necesse est i utroq trãsmutatũ esse: aut mẽsuratũ: lra est corrupta ut pȝ ex lra cõmẽti. vȝ enĩȝ eẽ necesse est in utroq trãsmutari. utiq g in toto trãsmutabit: ꝫ erat mutatũ esse. i. hoc est ꝯtra hypothesim: q2 ponebat q in toto. a. c. eẽt trãsmutatũ eẽ nõ trãsmutari. Addit aũt q eadem rõ est si in hoc q. i. in hac pte ipsi. a. mutat in hoc. a. i. in alia mutatũ est: ga tunc nõ p mutatũ erit in toto a. c. q2 eẽt aliqd prius. p q̃re nõ utiq est qd diuisibile in quo p aliqd mutatũ est. Mutatiões g oẽs mẽsurant istãti ⁊ mẽsura idiuisibili. cũ g factio ⁊ corruptio dicãt mutatiões: opȝ talia mẽsurari instãti. Jo ait q manifestũ est q factũ ⁊ qd corruptũ est i athomo. i. in istãti est hoc corruptum. hoc aũt factũ. ¶ Nõndũ aũt vim rõnis hui in hoc ꝯsistẽ q si in. a. c. est post mutatũ eẽ ⁊. a. c. est diuisibile: vl' in utraq pte eius erit mutatũ eẽ vel in utraq erit mutari vel in vna ⁊ in alia mutatũ eẽ: si in utraq sit mutatũ eẽ cũ ptes tpis se hẽant per ordinẽ ⁊ vna sit prior alia tũc p fuit mutatũ eẽ in pte priori. nõ g toto. a. c. p mutabat. sed in pte ei. Si aũt in utraq pte erat mutari tũc in. a. c. nõ erat mutatuȝ eẽ. ꝫ solũ mutari. si aũt in vna pte erat mutari. in alia aũt mutatuȝ eẽ tũc idẽ qd prius. vȝ q nõ erat mutatuȝ eẽ in toto a. c. sed solũ in pte ei: ga mutari p vel eẽ aliqd primo in aliq toto est esse in qualibet pte eius. ¶ Notandũ etiã q si ponat aliqd in toto. a. c. mutatum esse. primo erit aliqd mutatũ esse prius. primo q2 primo mutatum erit in parte ipsius. a. c. quã in toto. a. c. in quo ponebatur mutari post. Lectio. x.

Dicitur autẽ in quo primo mutatum est dupliciter. Aliud qdem in quo primo pfecta est mutatio. Tũc enĩȝ naturam est dicere qd mutatũ est. Aliud vo in quo primo cepit mutari.

¶ Postq̃ phs cõparauit ipsas mutationes vel ipsa mutata eẽ ad suũ terminũ ⁊ ad suã mẽsurã. In pte ista dicebat cõparat ipsa mutata esse ad se inuiceȝ ondẽs quõ in talib est dare pm mutatũ esse ⁊ quõ nõ. circa qd duo facit. q2 p distinguit quot modis pot itelligi q aliqd p mutatũ sit. 2o exeqtur de modis illis ibi ſm qdẽ igit. Dicit g q in quo aliqd mutatũ est. s. p dr dupl'r. aliud qdem in quo p pfecta est mutatio. tũc enĩ sic. s. accipiẽdo mutatũ eẽ. p ex pte finis ut cũ p finita ⁊ pfecta est mutatione necessariũ est dicẽ q mutatũ est supple aliqd. p ergo vno modo dr mutari. p ex pte finis ut cuȝ p finita est mutatio. aliud vo. i. ſm aliũ modũ dr aliqd mutari. primo ex parte principii ut id in quo primo aliquid cepit mutari. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Secũdum qdem igitur finem mutationis q primum dicitur existit ⁊ est: contingit enim perfici mutationeȝ: ⁊ est muta-

**tionis finis:quod ostensum est indiuisibi
le esse:propter id quod finis est.**

℄ Exegtur de dictis modis.circa qđ duo facit.quia
primo ostēdit ꝙ est dare primuꝫ mutatum esse ex
pte finis motus.2° ꝙ non est ibi dare huiusmodi
primū ex pte principij ibi⌊ Quod aūt ꝯm principi
um.⌋Dicit ergo qđ ꝯm ꝗdem igit finē mutationis
qđ dicit primū existit dare.i.est dare tale primuꝫ
mutatū esse.ptingit enim pfici mutationē:ꝛ est ali-
quis finis ipsius mutatiōis. Si ergo ꝯtingit aliꝗ̄
mutationeꝫ cōpleri ꝛ finiri in illo instāti in quo ta-
lis mutatio est cōpleta.nec est dicere nūc.pmo cō
plete.i.mutatum est.i.est. Addit aūt qđ ostensum
est huiusmodi finē mutationis esse gd indiuisibile
ꝓpter id qđ finis.i.est ꝓpter id qđ habet rōnē ter-
mini.finis eni ꝛ terminus incōtinuus ꝯm qđ huius
modi sunt dicūt gd indiuisibile: ꝛ illud in quo pri-
mo finit mutatio est instās ꝛ indiuisibile:q: ut su-
pra dicebat in quo primo aliquid mutatum est gd
indiuisibile nominat.℄ Deinde cum dicit.

**℄ Quod autem ꝯm principiuꝫ oino non
est:non enim principium est mutationis:
neqꝫ in quo primo ipso mutabatur.**

℄ Exegtur de scđo modo ostendēs ꝙ ꝯm pncipium
motus nō est assignare pmo mutatū esse.circa qđ
duo facit:ga pmo ꝓponit qđ intedit.2° ꝓbat qđ di
xerat ibi⌊ sit enim pmū.⌋Dicit ergo ꝙ ꝯm princi-
piū motus oino nō est supple dare pmum mutatū
eē.nō enim est dare pncipiuꝫ mutationis.i.ex pte
principij nō est dare pmum mutatū esse nec est da
re in quo primo gs mutabit.℄ Dubitaret forte ali
quis:quare est dare ultimo mutatū eē in motu:ita
ꝙ ex pte finis ꝛ cōplemēti est assignare in quo pri
mo cōpletus est motus.ex pte aūt principij nō est
dare in quo primo aligd sit mutatum. Dicēduꝫ ꝙ
loquēdo de motu locali:q: de alijs motibus infra
queret:triplici via q̄stū ad pñs uenari possumus:
quare est ibi dare ultimo mutatū esse.nō tñ est ibi
dare primo mutatuꝫ esse uel qđ idē est:est ibi dare
qñ pmo cōpletus est motus.nō tñ est ibi dare qñ
pmo incboatus est motus:ut appellemus pmā in
choationē motus ptem illā motus que p est actu.
℄ Prima via sumit si cōparent mutata esse ad po
tētiā ꝛ ad actum.℄ Scđa si cōparent mutata esse
ad ipsa moueri.℄ Tertia si cōparent ad ipsaꝫ ma
gnitudinē.p° via sic pꝫ.nā ipsa mutata eē dicūt gd
indiuisibile in motu.hñt eni se mutata eē ad motū
sicut puncta se hñt ad lineā.Sic eni uidemus in ip
sis pūctis ꝙ si accipiant puncta in actu est ibi assi-
gnare p^m punctū ꝛ ult^m.linea eni recta claudit in-
ter duo pūcta in actu quoꝝ vnū se hēt ut pn^m.reli
quū uo ut finis.sꝫ si accipiant pūcta in potētia:nec
est ibi assignare p^m nec ult^m. Nā ante oēꝫ punctū
in potētia sunt ifinita pūcta ꝛ post oēꝫ talē punctū
sunt ēt ifinita pūcta. Nā punct⁹ in potētia semp est
ꝯtinuatiu⁹ linee.nunꝗ̄ ḡ est signare talē punctū ni
si sit īter duas ptes linee ꝯtinuās eas adinuicē.nū-
ꝗ̄ ergo in linea pōt signari pūct⁹ in potētia quē nō
pcedat aliq̄ pars linee ꝛ quē nō sequat aliq̄ linea.
Cuꝫ ergo in qualibet linea sunt ifinita pūcta si sem
per h^oi punctū pcedit ꝛ segtur lineaꝫ:opꝫ ꝙ semp
talē pūctū pcedāt ꝛ sequant ipsa pūcta:quare nul-
lus talis pūctus poterit eē pmus:q: euꝫ pcedūt in
finita pūcta:nec ēt poterit esse ultimus:q: eū infini
ta puncta sequant.in linea ergo recta est assignare
p^m punctū ꝛ ultimū:q: tā ex parte principij ꝗ̄ etiā
finis est ibi dare punctū in actu:sed si oia pūcta p-
cedētia essent in potētia solum ꝙ pūctus ultimus
eēt in actu:ita eēt ibi dare pūctuꝫ ultimū qđ nō es-
set ibi dare pmuꝫ. Nā si oēs puncti pcedētes mes-
sent in potētia cum oēm talē punctū pcedāt infini-
ta puncta ex pte principij nō esset assignare primū
punctū:q: nō esset ibi dare aliquē pūctum quē nō
precederent infinita pūcta. Sic est aūt in ꝓposito.
Nā in omni motu ꝯtinuo oia mutata esse pceden-
tia sunt in potētia solū mutatum esse ult^m in actu:
ideo ex pte finis est ibi dare ultimo mutatū eē:sed
ex parte pncipij nō est ibi dare pmo mutatuꝫ esse.
Nā si oēm punctū in potētia pcedūt infinita pun-
cta:sic omne mutatū esse in potētia pcedūt infinita
mutata eē. Si ergo ex pte principij oia mutata eē
sunt in potētia nō est ibi dare primum mutatū esse
q: omne tale mutatū esse pcedunt ꝛ sequunt infini
ta mutata esse:patet ergo prima via.vꝫ ꝙ si cōpa-
remus mutata esse ad potentiā ꝛ ad actū est dare
in motu ex parte finis ultimo mutatū esse:q: soluꝫ
tale mutatum esse est in actu.ex parte tñ principij
nō est ibi dare primo mutatū esse:q: oia talia sunt
in potētia.℄ Scđa via sic patet. Nā mutatuꝫ esse
est motus terminus.nō est aūt terminus quocūqꝫ
modo sumptus.sed sic est terminus motus ꝙ est
acgsitus per motū.cuꝫ ergo nihil acgratur per mo
tum nisi ipsum pcedat motus de necessitate omne
mutatuꝫ esse precedit aligs motus. Qꝫ autem mu-
tatum esse sequat aligs motus:hoc est quodāmo-
do per accidēs.sed ꝙ mutatū esse pcedat motus:
h est per se. Nam motus nō acgrit ex mutato esse.
sed ecōtrario mutatuꝫ esse acquirit ex motu per se
ergo omne mutatū esse pcedit motus. Sed quodā
modo est per accidēs ꝙ ipsum mutatū esse sequat
motus:ꝛ ga qđ est per acciñs separabile est : ꝛ qđ
est per se est semp ꝛ inseparabile in motu poterit si
gnari aliquod mutatū esse post qđ non erit ulteri-
or motus:sed nō poterit ibi signari aliquod muta-
tū esse qđ nō precessit aligs motus. Cum ergo in
quolibet motu sunt infinita mutata eē sicut in qua
libet linea sunt infinita. Si quodlibet mutatū esse
pcedit motus nō est dare in motu primo mutatuꝫ
esse:ga nō est ibi dare aliquod tale qđ nō precesse-
rint infinita mutata eē. Est tñ ibi dare ultimo mu-
tatū esse:ga quādo cōpletus est motus tunc illud
mutatuꝫ eē:nō ulterius segtur motus quare in illo
motu post illud mutatum eē nō est dare aliud mu
tatum eē.cōparando ergo mutatū esse ad motum
patet ꝙ ex pte principij nō est ibi dare primo mu-
tatuꝫ esse.tamē ex parte finis est ibi dare ultimum
mutatū esse.℄ Tertia via sumpta ex parte magni
tudinis sic patet.accipiat eniꝫ magnitudo pro spa
tio ꝛ sit.a.b.duret ergo mot⁹ ab.a.in.b.huiusmo-
di igitur motus incipit in.a.ꝛ terminat in.b.si in
a.ergo esset motus uel mutatuꝫ eē nō esset incōue
niēs ꝙ in motu esset dare primo mutatuꝫ esse : sed
in.a.ꝛ in termino a quo nec est motus nec mutatū
esse:ga q̄diu mobile totaliter est in termino a quo
nondū incboatus est motus. Si ergo ibi sit muta
tum eē hoc erit post.a. Cum ergo in nullo ꝯtinuo
indiuisibilia se habeāt ꝯsiter nullus punctus pote
rit accipi post.a.inter queꝫ ꝛ.a.non cadāt infinita

pūcta. Sicut ergo quodlibet punctū post .a. precedunt infinita pūcta sic quodcūqꝫ mutatū esse signetur post .a. oportet ꝙ illud mutatū esse precedāt infinita mutata esse. patet ergo ꝙ nō est dare primo mutatuꝫ eē in motu: qꝛ in .a. ⁊ vniuersaliter in termino a quo nō est dare nec motū nec mutatum eē est tñ in motu dare ultimo mutatuꝫ esse: qꝛ in .b. ⁊ in termino ad quē est mutatum eē. Est igitur dare pncipiū motus in quo nec est motus nec mutatuꝫ eē. sed nō est dare principiū in motu in quo sit motus uel mutatū esse: qꝛ q̄ꝫdiu mobile fm se totū est in termino a quo nec est ibi motus nec mutatuꝫ eē immo quādiu sic est nōdum incboatus est motus. sed in termino ad quē nō sic se babet: qꝛ qñ mobile est in termino ad quem tūc cōpletus est motus: ⁊ tunc est ibi dare mutatū esse. Si ergo in principio motus nō est mutatuꝫ eē. est aūt in fine motus ex parte principij nō est dare primo mutatum eē. sed ex parte finis est dare ultimo mutatū eē. posset autē ad hoc idem sumi ratio ex pte tēporis ⁊ ex parte mobilis. sed de his patebit in littera. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs dato ꝙ in motu nō sit dare simpliciter mutatū esse ex parte principij utruꝫ sit ibi dare aliquo modo pͦ mutatū esse. Dicēdū ꝙ mutatū esse: lꝫ semp mensuret instanti sicut motus mēsurat tēpore cum ipsa mutata eē possint accipi uel fm spatiū indiuisibile uel fm aliqd indiuisibile. nā cum mobile acqsiuit aliquid de spatio semp est ibi mutatum esse: ⁊ fm ꝙ plus ⁊ plus acqsiuit de spatio est ibi aliud ⁊ aliud mutatū eē. ipsum ergo mutatū esse uel pōt accipi fm spatiū acquisitū. vꝫ ut dicat mutatū qñ tanta uel tāta spatij pars est acqsita: uel huiusmodi mutatum eē pōt accipi fm aliqͦd pūctuꝫ termini: uel fm aliqͦd indiuisibile terminās aliqͦd spatiuꝫ acqsitū: ut dicat eē mutatum esse qñ puentū est ad aliquod punctū uel ad aliqͦd indiuisibile terminās aliquod spatiū acqsituꝫ. Si ergo accipiant mutata eē fm spatiū aliquod diuisibile: tūc illa diuisibilitas uel sumeret fm eādeꝫ proportionē uel fm eādē q̄ꝫtitatem. si fm eandē proportionē: sic nō erit ibi dare primo mutatū esse: qꝛ fm hūc modū diuisio magnitudinis uadit in infinitū ut si mutatuꝫ eē per palmū primo mutatū fuit per dimidiū palmi ⁊ adhuc primo dimidiū dimidij ⁊ sic in infinitū. sed si accipiant ptes spatij fm eandē quātitatē sic: qꝛ diuisio magnitudinis nō uadit in infinitū: aliquo modo est ibi dare pͦmo mutatū eē: ut si mobile aliquod sit quātitatis vnius palmi: ⁊ debeat moueri per spatiū qnqꝫ palmoꝝ: tūc si debeat ibi accipi pͦmum mutatū esse: qñ mobile pͦmo reliqt totū locum suū: cū hoc nō fecerit nisi qñ acqsiuerit tantā q̄ꝫtitateꝫ spatij quāta est q̄ꝫtitas mobilis cū spatiū accipiēdo ptes quantitatis nō sit diuisibile in infinitū erit ibi dare primo mutatū esse: qñ acqsiuerit pͦmuꝫ palmū de spatio. ⁊ scōꝫ mutatū eē qñ acqsiuerit fm ⁊ tertiū qñ tertiū. ⁊ sic deinceps. ⁊ qͦd dictū est de ptibus diuisibilibus intelligēdū est de terminis indiuisibilib⁹. Nā si accipiant huiusmodi termini put terminant ptes eiusdē rōnis: sic nō erit ibi dare pͦmo mutatum eē. Si vͦo put termināt partes eiusdē q̄ꝫtitatis sic erit ibi dare primo mutatū eē. Ex hoc aūt patere pōt cōtrouersia huius textus ad pcedentē. Dicebat eniꝫ supra ꝙ accipiēdo id in quo mobile mutat primo sic omē qͦd mouet ptim est in termino a quo ⁊ partim in termino ad quē. hic aūt dicit qͦd non est dare in motu pͦmo mutatum eē: qꝛ hic accipit mutatuꝫ eē pro quātocūqꝫ spatio acqsito. ⁊ sic nō est ibi dare primū: qꝛ ꝯtinuum est diuisibile in infinituꝫ: ibi aūt accipit primo mutatū eē quādo mobile primo tantā quātitateꝫ acqsiuit de termino ad quem ꝙ nihil habet de loco in quo pͦus erat fm quē modū in motu est dare primo mutatū esse: qꝛ spatiuꝫ nō diuidit in infinitū accipiēdo partes fm eandeꝫ quātitatē. Ex hoc etiā patere pōt quomodo in motu locali qͦd mouet partiꝫ est in termino a quo partim in termino ad quē. accipiēdo terminuꝫ ad quē in qͦd mutatur primo. naꝫ si mobile sit vnius palmi accipiēdo post mutatū quādo primo dimisit totum locū in quo erat: nō erit ibi primo mutatū nisi quādo primo acqsiuit vnū palmū de spatio. duꝫ ergo acqrit illum palmū semper partim est in loco in quo erat ⁊ ptim in loco quē acqrit donec totaliter dimisit illū locū ⁊ acqsiuerit alium locū. Si vͦo ulterius debeat alium palmū aqcuirere de spatio semp partim erit in palmo quē acqsiuit ⁊ partim in palmo acqrēdo donec totaliter acqsiuerit aliuꝫ palmū. Semp ergo accipiēdo primo mutatū pro tāto spatio propinquo ipsi mobili quātum est ipm mobile semper qͦd mutat partim est in termino a quo partim in termino ad quē mutat primo: quia successiue fm quātitatē suā mobile se cōmensurat spatio donec cōpletus sit motus totus. quō aūt in alijs motibus mobile partim est in termino a quo ⁊ partim in termino ad quē sufficiēter supra ostendimus. ubi diximus ꝙ cum aliqd mouet ab vna forma in aliam quādiu durat motus uel fm se uel fm dispositiones annexas aliquid habet de utraqꝫ forma. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sit enim primū in quo sit .a.d. hoc igitur indiuisibile qdem nō est: accidit enim habita esse ipsa nunc.

¶ Probat qͦd dixerat. vꝫ ꝙ in motu ex parte principij nō est dare primo mutatū esse. circa qͦd tria facit fm ꝙ in motu tria est cōsiderare. videlꝫ tēpus mobile ⁊ rem ipsaꝫ acqsitā per motū. primo ergo pbat hͦ ex parte tēporis. secūdo ex parte mobilis. tertio ex pte rei acqsite per motum. scōa ibi⌊ neqꝫ itaqꝫ in eo.⌋ tertia ibi⌊ ipsum auteꝫ qͦd mutatur.⌋ ¶ Ad euidentiā prime partis sciēduꝫ ꝙ si cōtingit primo mutatū esse in aliquo tēpore uel illud in quo primo mutatū est: est diuisibile uel indiuisibile. Duo ergo facit. qꝛ pͦmo ostēdit ꝙ id in quo primo mutatuꝫ est nō pōt esse nunc nec qd indiuisibile. secūdo pbat ꝙ non pōt esse tēpus nec qd diuisibile ibi⌊ qm̄ aūt non est.⌋ Circa primū duo facit fm ꝙ duas rationes adducit ad propositū. secūda ibi⌊ amplius si in .c.a.⌋ Dicit ergo sit enim in quo pͦmo mutatū sit .a.d. hoc igit .s. a.d. si indiuisibile. i. si est idiuisibile ꝙ nō est. i. ꝙ hͦ nō possit esse patet: qꝛ hoc posito accidit ipsa nūc in tpe eē habita. i. esse ꝯñter se habētia. Si ergo nūc tēporis nō se habet ꝯñter impossibile est ꝙ indiuisibile est uel ꝙ nunc tpis sit aliqd primo mutatū eē. ¶ Dubitaret forte aliqs: vnde seqtur hec ꝯñtia ꝙ si in nunc tēporis esset pͦmo mutatū eē qͦd ipsa nunc se haberent cōsequenter. Dicēdum ꝙ hoc dupliciter declarari pōt. nam sicut est de spatio sic suo modo est de tēpore. Si enim fiat aliquis mot⁹ per aliquod

spatiū in pn° illi° spatij nec est mot° nec mutatū eē: sic si fiat aliqs mot° vl' incipiat in aliquo tpe in nūc qd est pncipium tpis nec erit motus nec mutatum esse. Si ergo erit mutatū esse erit in alio nunc: quare si erit dare nūc aliquod in quo pmo mutatuz sit erit dare aliqd nūc qd se habeat ɔñter et imediate ad pm nunc: q2 si h° nūc esset distās a nunc caderet inter ea tps. cū ergo in quolibet tpe sint infinita nunc inter illa nūc essent ifinita nūc et per ɔñs illd mutatū esse pcederet ifinita mutata esse: q2 q̄diu durat tps in quo est mot° semp in quolibet nūc illius tpis est dare aliqd mutatū esse excepto p̄ nunc in quo nō est mot° nec mutatū esse. Non ergo pōt poni pmo mutatuz esse in aliquo nūc tpis nisi dcat q illa nūc se habeāt imediate: vel nisi dcat q sit dare aliqd nūc qd se habeat ɔñter et imediate ad primū nūc qd est icōueniēs. Assignat aūt alia via ad inuestigādū h idē: q2 si esset dare p̄ mutatū esse in nunc tpis sequeret q in nūc tpis posset esse mot°. Cōponeret ergo mot° ex momētis et ex diuisibilibus: et q2 idē est motū cōponi ex momētis et tēpus ex ipsis nūc sequeret q tps esset cōpositū ex ipsis nūc qd esse nō posset nisi ipsa nūc in tpe se haberēt ɔñter. credo aūt pmam viam esse de intētione phi magis q̄ hanc. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ampli° si in. c. a. tpe oino qescit. ponat enī quiescēs: in. a. qescit. Quare si ipartibile est. a. d. sil' quiescet et mutatū erit. In a. quidē enī qescit. In. d. aūt mutatū est.

¶ Adducit scdam rōnez dicēs q si in omni. c. a. tpe quiescit. ponat enī quiescēs et in. a. q̄re si ipartibile est. a. d. sil' quiescit et mutatū erit: q2 in. a. qdem quiescit in. d. mutatū est ergo simul qescit et mutatū est. ¶ Dubitaret forte aliqs vñ sequit ɔñtia q si est dare p̄ mutatū esse q simul aliqd quiescat et moueat. Dicendū q fm q̄sdā hec ɔñtia nō sequit simpl'r sed sequit ɔ̄ eos qui ponūt q mot° et quies possit fieri in istāti: et q2 h ponūt ponētes q sit dare p̄ mutatū esse. iō hoc incōueniēs est ɔ̄ illos. quō aūt ɔtingeret idē sil' quiescere et moueri si mot° et quies possent esse in instāti supra cū pbauimus q in nūc tpis nō est mot° sufficiēter ostēdimus. possumus tñ aliter dicē q hic phs accipit quietē large s. nūc fz q opponit motui: sz fz q opponit ad mutatū esse qd pz ex eo q ait q sil' qescit et mutatū est igit ibi qescere idē sonat qd nō eē mutatū. Si enīz eēt dare aliqd nūc in quo p̄ aliqd esset mutatum sequeret q aliqd simul esset mutatū et nō mutatum naz qd qescit in aliq tpe nō est mutatū in istāti ad qd copulat illud tps. Nā cum mutatū esse pcedat aliqs mot° nō pōt esse q in instanti qd pcessit sola quies possit esse aliqd mutatū eē: quare si aliquid quiescat in tpe. c. a. i. dato q. a. sit qddā idiuisibile terminās illd tps illd nō mutatū erit in. a. q2 si eēt in. a. mutatū tūc eēt mutatuz eē sine motu pcedente. nā stāte hipotesi illd mutatū esse non pcessisset mot° sed sola qes quare si. a. d. est qd ipartiblie tūc a. d. nō est aliud q̄. a. Si ergo in. a. nō est mutatuz in. d. aūt est mutatū simul est mutatū et nō mutatū vel sil' erit qescēs et mutatū quod est incōueniēs. ¶ Ulterius aūt dato q si eēt dare pm mutatū esse q sequeret idē sil' esse mutatū et nō mutatū. ¶ Dubitaret forte aliqs utrū sequeret q idē moueret et quiesceret. Dicēdū q sic. ponamus enim q essent aliq duo tpa ɔñter se hñtia utputa. c. a. et. d. z. ita q. a. et. d. nomināt vnū et idem instās qd est finis tpis precedētis et initium sequentis. illud ergo instans dicat. a. c. inq̄ātum est finis tpis precedētis et dicatur. d. inq̄ātum est pncipiū sequētis: hoc posito ponat aliqd mobile qescere in toto. c. a. et moueri in toto. d. z. Si ergo in hoc motu cōmensurat tpe. d. z. est dare pm mutatū eē: sicut est ibi dare ultimuz oporteret q sicut in ultimo instanti illius tēporis est dare ultimū mutatū esse: sic in. d. et in primo instāti illius tpis esset dare primo mutatū esse. Non enim est intelligibile q in motu sit dare primo mutatū esse sicut est ibi dare ultimū nisi ponamus q sicut in ultimo in instāti tpis mēsurantis illum motum est dare ultimū mutatū esse sicut in p̄ instanti illius tpis sit dare pmo mutatuz esse quare si iā motu quo mēsurat. d. z. est dare pmo mutatum esse oportet q in. d. qd est pmum instās illius tpis sit pmum mutatum esse: sed cū nō sit mutatuz esse sine motu pcedēte. ergo in tpe quod pcessit tēpus. d. z. contingebat moueri. Sed illud tps erat. c. a. q2 ponebatur q tempus. d. z. cōsequēter se haberet ad. c. a. ergo mouebat in. c. a. sed dicebat ibi quiescere. ergo in illo tpe simul quiescebat et mouebat. est enim diligēter notandum q nō pōt poni pmo mutatū esse in aliquo instāti nisi in tpe qd precedit illd instās: simul quiescat et moueat. Nā dicēs pmo mutatū esse dicit duo. s. mutatum esse et pmo. etenim qd dicit mutatū esse oportet q precedat illud aliqs motus: q2 nō est dare mutatū eē sine motu precedēte. ea vo qd est primo nō pcedit illud aliqs motus. Nā cum in quolibet motu sint infinita mutata esse si illd mutatū esse pcederet aliquis motus pcederent ipm ifinita mutata eē: quare nō esset pmo mutatū esse. instās ergo in quo est pmo mutatū esse: precedit mot° et nō pcedit mot°. quare in tpe quod est ante illud instans contingit simul moueri aliqd et nō moueri: vel ɔtingit simul aliqd moueri et quiescere qd declarare nō volebamus. ex hoc aūt magis pōt patē littera phi. Naz ut dictuz est nō pōt poni q in aliquo instāti sit primo mutatū esse nisi in tpe qd precedit illd instās simul aliquid moueat et quiescat ut si tempus. c. a. sit illud tps ad qd copulat instās in quo cōtingit primo mutatū esse. tūc in illo tpe erit simul quies et motus. prout ergo in illo tempore erit quies in instāti qd est terminus illius tpis nō erit mutatū esse: sed prout in illo tēpore erit motus erit ibi mutatum esse. ¶ Nominetur ergo illd instans duplici nomine et vocet. a. et. d. ita q prout est termin° illius tpis ut in eo hēt esse quies vocet. a. put vo est terminus illius tpis ut in eo habet esse mot° vocet. d. hoc posito. i. a. erit nō mutatum eē in. d. erit mutatū esse. et q2 idē est. a. et. d. simul erit mutatū esse et non mutatū et simul erit quies et mot° ut est per habita manifestum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam aūtē non est impartibile: necesse est diuisibile eē: et in q̄libet huiusmodi mutatū esse: diuiso enī ipso. a. d. siqdez in neutro mutatuz est: neqz in toto est. a. d. si aūt in ambobus mutatur in omni: si vo in altero tm̄ mutatuz est non in toto pmo. Quare nec̄e est in q̄libet mutatuz

esse: manifestū igit̄ est: q̄ nō est in q̄ p̄mo mutatū est: infinite enim diuisiones sunt.

¶ Ostenso q̄ non pōt poni impartibile illō in quo contingit p̄mo moueri. ostēdit q̄ nō pōt esse q̄d partibile ꝛ diuisibile dicēs. q̄m aūt non est ipartibile. i. nō pōt poni esse ipartibile uł nō pōt poni esse in instāti illud in qō ꝯtingit p̄ moueri necesse est diuisibile eē. i. si ꝯtingit aliq̄d p̄ moueri in aliquo ex h̄ q̄ nō pōt esse in instanti ꝛ in idiuisibili opʒ q̄ h̄ sit in tpe qō est diuisibile ꝛ oportet in quolibet hu̇ tp̄is mutatū est. Nā diuiso ipso. a. d. i. diuiso tpe i quo ponit̄ aliquid p̄ mutatū eē si in neutro. i. in neutra parte eius mutatum est neq̄ in toto mutatū erit. si aūt mutatū est in ambob⁹. i. in ambab⁹ ptibus ꝛ in omni. i. in toto mutatū erit. si v̄o in altero. i. in altera parte tm̄ mutatū est nō est mutatū in toto p̄mo: q̄re si in toto. a. d. mutatū est aliq̄d p̄mo necesse est in quolibet. i. in qualibet parte ei⁹ mutatuʒ esse. Si aūt mutatū est in q̄libet parte ipsius p̄us mutatuʒ erit in parte p̄ori. nō ergo in toto p̄mo. ꝛ q: infinite sunt decisiones ꝛ quodlibet cōtinuū est diuisibile infinitum manifestū est q̄ nō est dare in quo p̄mo aliq̄d mutatū est. ¶ Notanduʒ aūt q̄ ex oīb⁹ his p̄dictis sumit̄ vna cōpleta demōstratio sumpta ex parte tp̄is q̄ nō est dare p̄mo mutatū eē: q: si hoc esset uel eēt in diuisibili ꝛ in instāti uel eēt in diuisibili ꝛ in tpe. Cū ḡ ꝑbatū sit per duas rōnes p̄missas q̄ nō cōtingat aliq̄d p̄ mutari ꝛ in indiuisibili tp̄is ꝛ in instāti: ꝛ cū per hāc rōnē tertiā ꝑbatū sit q̄ nullo modo cōtingit aliq̄d p̄mo mutari in diuisibili ꝛ in tpe sufficiēter cōcludit̄ ex his oībus demōstratione sūpta ex parte tp̄is q̄ nō est dare aliq̄d p̄mo mutatū esse. ¶ Notādū et̄ q̄ ad hoc q̄ in aliquo toto tpe sit aliq̄d p̄mo q̄tū ad p̄sens duo requirunt̄. s. q̄ sit in q̄libet parte illius tp̄is: ꝛ q̄ non sit p̄us in parte q̄ in toto: q: si eēt p̄us in pte q̄ in toto nō esset in toto p̄mo. hoc ergo posito nullo modo in aliquo toto tpe cōtinuo uel in aliquo diuisibili pōt aliq̄d moueri p̄ı q: uel mouebit̄ in qualibet pte totius illi⁹ tp̄is uel nō. Si nō mouet̄ in q̄libet parte ergo nō mouet̄ in toto p̄mo. si aūt mouet̄ in toto ꝛ in qualibet parte cū partes tp̄is se habēt ordinate ꝛ semp̄ pars sit p̄or toto adhuc nō mouebitur in toto p̄mo: q: p̄mo mouebit̄ in parte q̄ in toto: imo q: infinite sunt decisiones ꝛ q̄libet continuum est diuisibile in infinitū nō poterit ita accipi modicū de tpe quin semp̄ sit diuisibile ꝛ q̄n semp̄ sit p̄us mutatū eē in pte q̄ in toto. nunq̄ ergo erit deuenire ad p̄mum mutatū esse: q: non contingit euacuare diuisionem continui. Lectio. XI.

Neq̄ itaq̄ in eo quod mutatū est: aliquid ipsius prius est: quod mutatum est: sit enim. d. e. quod p̄mo mutatū est ipsius. d. e. omne enim diuisibile eē demōstratuʒ est: qō mutatur. Tēpus autem in quo. d. ʒ. mutatuʒ est. t. i. si ergo in omni. d. ʒ. mutatū est: medio minus est q̄d mutatū est: ꝛ p̄us est ipso. d. ʒ. iterū hoc aliud: ꝛ illo alterū: ꝛ sic semper: q̄re nihil erit primū mutātis: quod mutatū est. Quod igit̄ neq̄ in eo quod mutatur: neq̄ in quo mutat̄ tempore: nihil prius sit manifestū ex his que dicta sunt.

¶ Postq̄ phūs probauit q̄ non cōtingit dici primo mutatū esse demōstratione sumpta ex parte tp̄is. in parte ista ꝑbat hoc ideʒ demr̄atione sumpta ex parte mobilis. d. q̄ neq̄ itaq̄ in eo q̄ mutatū est. i. in ipso mobili est q̄ p̄us mutatū est. nā ex pte ipsius mobilis ꝑbari pōt q̄ nō est dare p̄mo mutatum esse. sit eni. d. ʒ. queda pars ipsius mobilis. d. e. qō. i. que pars p̄mo mutatum est. i. que ponit̄ primo mutatū esse. demōstratum est eniʒ q̄ omne qō mutatur. i. omne mobile esse diuisibile. si igit̄. d. ʒ. que est pars ipsius mobilis. d. e. primo mutata est in aliquo tempore primo mutata erit: si aūt tēpus in quo p̄mo mutatū est. d. ʒ. in quo est. t. i. si ergo in omni. i. in tempore. t. i. mutatū est. d. ʒ. in medio tēpore minus est quod mutatum est q̄ sit. d. ʒ. ꝛ hoc prius mutatū erit ipso. d. ʒ. semp̄ enim pars est minor toto ꝛ semp̄ contingit prius mutatū esse in parte q̄ in toto. Cū ergo. d. ʒ. ꝛ quodlibet cōtinuū sit diuisibile in infinitū sicut mediū ipsius. d. ʒ. prius mutatum est in ipso toto. d. ʒ. sic iteʒ hoc aliud videlicet dimidium dimidij p̄mo mutatuʒ erit ꝛ adhuc illo dimidio dimidij. primo mutatum erit alterum. i. altera pars minor illa ꝛ sic semp̄ in infinitū: q: nō contingit euacuare diuisionē ꝯtinui: quare nihil ipsius mutantis. i. ipsius mobilis erit qō p̄mo mutatū est. Addit aūt q̄si epilogādo q̄ manifestū est ex his que dicta sunt q̄ neq̄ in eo qō mutat̄. i. neq̄ ex parte mobilis neq̄ in tpe in quo mutat̄. i. neq̄ ex parte tp̄is sit. i. contingit nihil p̄us mutatū esse. ¶ Dubitaret forte aliquis: q: videtur hec demōstratio fundari super falso. supponit enim q̄ prius s̄m tp̄s mouet̄ pars mobilis q̄ totū utputa si totuʒ mouet̄ in toto tpe medietas mouebitur adhuc p̄us: q: mouebit̄ in medietate tp̄is: ꝛ q: nō est euacuare diuisionem cōtinui: ideo arguit q̄ ex parte mobilis nō est dare p̄mo mutatū esse. videt̄ autē esse falsum qō supponit̄: q: ex quo mobile est q̄d cōtinuū simul mouebit̄ totū ꝛ pars. Dicēdum q̄ mot⁹ pōt cōparari ad mobile dupliciter: uel s̄m se: uel ut cōparat̄ ad spatium qō acq̄rit. si uersatur motus ad mobile s̄m se sic si mobile est q̄d cōtinuum simul mouet̄ totū ꝛ singule p̄tes eius. si v̄o accipiatur mot⁹ mobilis per cōparationē ad spatiuʒ sic est ibi successio: q: mobile prius acq̄rit aliq̄d de spatio s̄m partes eius q̄ s̄m se totū. Nam mobile nō simul s̄m se totum derelinquit illud in quo p̄us erat: nec simul s̄m se totum acquirit locum in quo non erat: sed successiue ꝛ per p̄tes sit acq̄sito: ꝛ quātuʒ ad hoc hēt ueritatē qō dicit̄: q: si totum aliqō mobile mutet locū suū in toto tpe medietatem illius loci mutabit in medietate tp̄is ꝛ sic deinceps. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ipsum aūt quod mutat̄: aut s̄m quod mutatur: non etiam similiter se habebit: tria nāq̄ sunt que dicunt̄ s̄ʒ mutationē: quod mutatur: ꝛ in quo: ꝛ in quod mutatur ut homo: tp̄s: ꝛ albū: homo quidē igitur ꝛ tp̄s diuisibilia sunt. De albo autem alia ratio est: propter id quod s̄ʒ accidēs omnia diuisibilia sunt: cui enim accidit

album aut quale:illud diuisibile est.

¶ Tunc sequit' illa pars ip̄s aūt qd mutat' in quo ut dicebat' ostēdit quō est dare p̄ mutatū eē ex pte rei que per motū acqrit'. Circa qd duo facit:q2 p̄mo ait q̄ nō simr est diuisibile mobile z tēpus z res acqsita per motū. 2° ostēdit quō ex parte rerū acqsitarum per motū est dare in motu p̄mo mutatū eē z nō est ibi dare p̄ mutatū eē ibi [qm̄ quecūq3.] Dicit ergo q̄ ip̄m quod mutat'.i.ip̄m mobile aut illud qd mutat'.i.s3 rē quā per motū acqrit nō simr se habebit. Nā ip̄e res acqsite per motū nō sp̄ simr diuisibiles:z etiā ip̄m mobile nō est semp simr diuisibile sicut res acqsite per motū.io subdit q̄ tria nāq3 sunt que dicunt s3 mutationē.s.qd mutat'.i. mobile in quo mutat'.i.tp̄s z id in qd mutat'.i.res que per motū acqrit':ut homo est qd mutat' tp̄s in quo mutat' z albū est id in qd mutat' uel est id qd per motū acqrit'.homo quidē igit' z tp̄s sunt diuisibilia s3m se.de albo aūt est alia rō ppt id qd s3 accidēs oia.i.oēs h° qualitates diuisibilia sūt. Nā albūm aut quale diuisibile est per acciñs.videlicet q2 diuisibile est illud cui accidit album aut quale.

¶ Notādū aūt q̄ tō ph's h' p̄misit q̄ subm̄ qd mouet' z tp̄s in quo aliqd mouet sunt diuisibilia per se. Res vō ad q̄s est mot' pñt esse diuisibiles per acciñs ut ostēdat q̄ in motu nō esset dare p̄ mutatū esse:non similiter contingit hoc pbare ex parte rerum ad quas est motus z ex parte mobilis z ip̄is.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quī q̄cūq3 diuidunt' s3m seipsa diuisibilia z nō s3m acciñs:neq3 in his erit p̄mū:ut in magnitudinib':sit enim in quo est.a.b. magnitudo:motū aūt sit ex.b.c.p̄mū igit' siqdem idiuisibile erit.b.c.ipartibile ipartibili erit cōiūctū:si vō diuisibile erit aliqd ip̄so.c.p̄us in qd mutatū est:z in illo iterum aliud:z sic semp propter id q̄d nullo mō deficit diuisio in.b.si p̄mo motū3 sit.a.b.in c. Quare nō erit p̄mū in quod mutatum est:similiter autem z in quantitatis mutatione:z hec quidē eni in cōtinuo est:manifestum igitur q̄ in sola mutatione que est s3m qualitatem contingit indiuisibile per se esse.

¶ Ostēdit quō s3m res ad quas est mot' est dare primo mutatū esse z quō nō est ibi dare p̄ mutatū eē dicēs q̄ quecūq3 diuidunt' z sunt diuisibilia s3 se ipsa nō s3m acciñs neq3 in his est dare p̄ mutatū eē: ut patet in magnitudinib' que mouent' s3m locū.sit eni magnitudo.i.mobile in quo est.a.b.h' aūt mobile sit motū ex.b.in.c.p̄mū quidē igit' si indiuisibile est.b.c.erit ipartibile pīunctū ipartibili qd est incōueniēs. Si vō erit diuisibile.b.c.erit aliqd prius ipso.c.in quo mutatū est:q2 erit dare aliquod signum ppinquius ip̄si.b.quoniā sit.c.z in illud signū prius mutabit mobile q̄3 in.c.z iterū erit dare aliud signū propinquius illo:z sic semp in infinitum ppter id qd nullo modo deficit diuisio cōtinui quare in loci mutatione rōne spatij acqsiti non erit ibi assignare in quod p̄mo mutatū.simr aūt est z in mutatione quātitatis est diuisibilitas per se:

z per se nō est ibi dare p̄mo mutatū esse. Nā3 hec mutatio est in cōtinuo idest s3m cōtinuum. manifestū est igit' q̄ in sola mutatione que est s3m qualitatem cōtingit aliqd esse indiuisibile per se.diuisibile aūt per accidēs.de mutatiōe aūt que est in substātia nō facit mētionē:q2 in subā pprie nō est motus z per pñsequēs s3m q̄ huiusmodi nō est ibi dare p̄us z posterius.superfluū3 ergo videt' esse q̄ queratur utrū ibi sit dare p̄mo mutatum esse ex pte spacij cū ibi neget' esse mot'. ¶ Dubitaret forte aliqs vnde sequit' hec cōsequētia q̄ si.b.c.est qd ipartibile q̄ impartibile est cōiunctū impartibili. Dicendū q̄ spatiū in quo est mot' z omne cōtinuū terminat' ad aliqd indiuisibile ita q̄ illud a quo incipit mot' in quo nō est mot' nec mutatū esse intelligit' esse aliqd indiuisibile z ad huiusmodi indiuisibile copulatū est id in quo est mot'. Si ergo.b.qd ponit' esse id in quo est mot' esset quid indiuisibile sequeret' q̄ indiuisibile esset copulatū indiuisibili qd est icōueniēs. Declarat' aūt aliter a qbusdā hec pñtia. dicūt eni qua rōne i vno ipartibili posset eē mot' pari rōne posset eē in alio ipartibili.eēt ergo mot' cōposit' ex ipartibilib': qua ergo rōne mot' eēt cōposit' ex ipartibilib' magnitudo ēt cōposita eēt ex ipartibilib' qd esse non posset nisi ipartibile cōiunctū esset ipartibili. ¶ Ulteri' forte dubitaret aliqs utrū in motu in q̄litate sit dare p̄mū mutatū esse. Dicēdū q̄ de h' in de gñatione diffusius diximus:tñ q̄tū ad pñs spectat dicē possum' q̄ q̄litas que per motū alterationis iducit' dupl'r pñderari pōt q̄tū ad essentiā z q̄tū ad esse.si pñderet' q̄tū ad eēntiā z per se sic est qd idiuisibile. S3 si pñderet' q̄tū ad esse qd hēt in mā sic est diuisibile.p̄mo g' mō nō habet locū qd q̄rit cū idiuisibilio sit per se loquēdo essentia albedinis z cuiuslibet qualitatis nō est ibi dare p̄us z posteri':q2 non est ibi assignare partē post partē. Si vō pñderet' qualitas 2° modo.videlicet q̄tū ad esse qd hēt in mā sic per acciñs cōpetit ei diuidi. Sumit' eni hec diuisio dupliciter s3m intēsionē z extensionē. put eni q̄litas in mā existit utroq3 modo diuidit'. Nā3 put subm in quo hēt eē albedo uel alia qualitas hēt esse magis uel min' extensum z qualitas illa est magis z minus extēsa z diuisa z diuidit' per maiorē z minorē extēsionē.s3 put huiusmodi sub3 est magis z minus dispositū q̄litas sūdata in ipso est magis z minus intēsa z diuidit' per maiorē z minorē intēsionē. ¶ Duob' g' modis p acciñs diuidit' q̄litas s3 extēsionē z s3 intēsionē:3° aūt mō p se nō diuidit', vz s3 eēntiā.illis aūt duob' modis qbus p acciñs diuidit' q̄litas est ibi accipe successionē z est ibi accipe ptē post partē.pōt eni cōtingē q̄ s3 extēsionē inducat' qualitas in mā s3m ptē3 ut in calefactione aeris p̄us pñtingit calefieri vnā ptē z postea aliā z sic deinceps. Sic ēt q̄tū ad intēsionē z remissionē est ibi successionē accipe:q2 h' qualitates p̄us introducunt' in mā subesse min' intēso z postea subesse magis extēso donec tota eoz gñatio sit pfecta. Cū g' querit' utrū in talib' motib' sit dare p̄mū mutatū esse.dici pōt q̄ tota cā quare in motu nō est dare p̄mo mutatū esse est q2 mot' est quid cōtinuum. put ergo in talib' motib' reseruat' pñtinuitas nō est ibi dare p̄mo mutatū3 esse. Sed put nō habet ibi esse pñtinuitas quodāmō est ibi dare p̄mo mutatū esse.nō aūt pprie est ibi pñtinuitas in pdictis motib'

ꝑut hꝰ qualitates diuidunt̃ ſm extẽſionem:utpu ta ꝑut ſucceſſiue introducunt̃ in mã ſꝫ diuerſas par tes ſubi. Nã ſi aliqđ calefactibile debeat calefieri nõ opꝫ ꝙ aliqđ calefactibile ꝑus calefiat ſm medi um q̃ ſm totum ⁊ adhuc ꝑus ſꝫ medietatẽ medie tatis ⁊ ſic in infinitũ ita ꝙ in tali motu ſꝫ ptes ſub iecti ſit ↄtinuitas ⁊ ꝙ nõ ſit aſſignare ibi ꝑ calefa ctũ eẽ.opꝫ eniꝫ dicere ꝙ ſit aliq̃ pars aeris que ſit̃ tota calefit. Nã ſm extẽſionem eſt dare minimum calidũ ut ↄ[ter] plane vĩ velle.hoc ergo mõ debemꝰ intelligẽ motuꝫ in qualitate ꝙ mã ↄtinue diſponit̃ ad aliquã qualitatẽ ſuſcipiẽdam ⁊ cũ eſt ſufficien ter diſpoſita ſit̃ introducit̃ qualitas illa in aliq̃ par te ſubiecti ⁊ poſtea cõtinue diſponit̃ pars alia do nec ibi introducat̃ qualitas illa ⁊ ſic deinceps eſt ibi talis alteratio donec tota gñatio ſit cõpleta.eſt g̃ ibi aſſignare aliquã ptẽ ſubi.ꝑ calefactũ.nõ g̃ ſic eſt in motu ſm qualitatẽ ſicut in motu ſꝫ loci. Nã in motu locali ↄtinue ptranſit̃ ſpatium ſemꝑ.ꝑ per ptẽ minorẽ q̃ per partẽ maiorẽ:nec eſt ibi aſſigna re partẽ ꝑ pertrãſitã:q: nulla pars eſt ibi ita mo dica cuiuſmodi medietaſ nõ fuerit ꝑ ptrãſita q̃ꝫ to tum. Sꝫ in calefactione ⁊ in alijs alterationibꝰ nõ ſic.nã lꝫ nulla pars ſpatij ſimul pertranſeat̃.aliqua tñ pars calefactibilis ſit̃ calefit.nõ ſaltẽ opoꝛtet ſit̃ calefieri tantã partem calefactibilis ꝙ poſſit ibi re ſeruari foꝛma caloriſ.nõ g̃ cõtinue ſucceſſiue calefi unt ptes ſubiecti ſed eſt ibi aſſignare partẽ aliquaꝫ ſimul totam calefactã quare ꝑut habet diuidi foꝛ ma ſm extẽſioneꝫ ſubiecti in motu alterationis nõ eſt ↄtinuitas:q: cõtinuuꝫ ſm ꝙ hꝰ eſt diuiſibile in infinitũ ſed hꝰ motꝰ ſm partes ſubiecti nõ eſt diui ſibilis in infinitũ:ſed eſt dare qđ eſt ꝑ calefactũ ut partem illã que ſimul tota calefit. Sed ſi cõſidere tur huiuſmodi motꝰ q̃tum ad diſpoſitionem mate rie uel q̃tuꝫ ad intenſionẽ ⁊ remiſſionẽ ipſius foꝛ me ſic eſt ibi aliqua ↄtinuitas:q: mã cõtinue diſpo nitur ad ſuſceptionem talis foꝛme ⁊ hꝰ foꝛma con tinue põt intendi ⁊ remitti in mã. ⁊ q: hoc mõ eſt ibi aliqualiter ↄtinuitas ſaluare poſſumꝰ ꝙ non ſit ibi dare ꝑ mutatũ eſſe ut ſi aliqua diſpoſitio mate rie ſit in aliquo tpe:q: illud tps eſt diuiſibile in infi nitũ ante oẽ diſpoſitũ eſſe ꝑceſſerũt infinite diſpoſi ta eſſe:q: diſpoſitum eſſe in medietate illiꝰ tpis pri us eſt q̃ꝫ diſpoſitio facta in toto tpe ⁊ adhuc priuſ eſt diſpoſitũ eſſe in medietate medietatis illiꝰ tpis. ⁊ q: tempus eſt diuiſibile in infinitũ ſꝫ diſpoſitio nẽ mãe uel ſm inteſionem ⁊ remiſſionẽ foꝛme non eſt aſſignare ꝑ alteratuꝫ eſſe.patet g̃ ꝙ rõne eẽntie foꝛme nõ hẽt locũ qđ querit̃. ꝑut aũt diuidit̃ foꝛ ma extẽſione mãe in alteratione aſſignari põt ꝑ al teratũ eſſe. ꝑut aũt diuidit̃ per intenſionẽ ⁊ remiſ ſionẽ eſt ibi quodãmodo motꝰ ↄtinuus ⁊ nõ eſt ibi aſſignare ꝑ mutatũ eſſe. ℂ Ulterius foꝛte dubita ret aliqs utrũ in motu in quantitate ſit aſſignare ꝑ mutatũ eſſe. Dicẽdũ ꝙ augmẽtũ ⁊ diminutio du pliciter poſſunt fieri:ꝑ per rarefactionẽ ⁊ ↄdẽſatio nẽ ⁊ ſic nõ eſt aſſignare in augmẽto ꝑ mutatũ eſſe: q: rarefactio põt eſſe motꝰ continuus.põt enim ali quid in aliquo tpe continue rarefieri:q: in toto tpe totaliter erit rarefactũ ⁊ in medio tpe medio mo do erit rarefactũ. ⁊ ſic deinceps poterit diuidi rare factio ſꝫ diuiſionẽ tpis quare nõ erit ibi aſſignare ꝑ rarefactũ eſſe ⁊ per ↄñs nec ꝑ augmentatũ eſſe. ſi võ fiat augmẽtum nõ per rarefactionẽ ſed per cõ uerſionẽ alimẽti ſic.lꝫ per ſe quãtitas ſit diuiſibiliſ in infinitũ:q: ad hꝰ motũ augmẽti ↄcurrit gñatio ⁊ alteratio per accñs erit ibi quodãmodo aſſignare ꝑmo augmẽtatũ eſſe. Nã ſicut in alteratiõe opoꝛ tet dare aliquã partẽ totã ſit̃ alteratã.ſic cũ ↄuerti tur alimẽtum in carnẽ opoꝛtet ꝙ aliq̃ quãtitas ali menti tota ſit̃ cõuertat̃ in carneꝫ quare aliq̃ modo eſt ibi aſſignare ꝑ augmẽtatuꝫ eſſe.ſi ergo motus augmẽti uel gñatio foꝛme ſubalis uł ẽt alteratio ſi ↄſiderent̃ q̃tuꝫ ad diſpoſitionẽ ꝑcedentẽ introdu ctionẽ foꝛme eſt ibi aſſignare quodãmõ motũ con tinuũ. Nam lꝫ alia pars aeris tota ſimul ſuſcipiat foꝛmã caloris.cõtinue tñ diſponitur mã ad ſuſce ptionem talis foꝛme.ſic etiã lꝫ aliqua pars alimen ti tota ſimul cõuertat̃ in carnem.cõtinue tñ diſpo nitur mã ad talẽ cõuerſionẽ.ſic ⁊ in gñatione ſubẽ lꝫ foꝛma ſubalis tota ſit̃ introducat̃.cõtinue tñ diſ ponit̃ mã ad huiuſmodi foꝛmam:q̃re in oibꝰ talibꝰ poſſumus ſaluare ꝙ nõ eſt ibi dare ꝑmũ mutatuꝫ eſſe rõne diſpõnis annexe:imo q: ꝑpter talẽ diſpo ſitionẽ reſeruat̃ in talibꝰ rõ motꝰ.ſimplr̃ cõcedere poſſumꝰ ꝙ in oibꝰ talibꝰ ut ibi hẽt eẽ motꝰ ⁊ ut trãſ mutatio taliũ mẽſurat̃ tpe nõ eſt ibi dare ꝑmo mu tatum eſſe.

Lectio.XII.

q Uoniã aũt oẽ qđ mutat̃ in tpe mu tat̃.dĩ autẽ in tpe mutari ⁊ ſicut in ꝑmo:⁊ ſicut ſꝫ alterũ:ut in ãno:q: in die mutat̃: in quo pꝛimo tpe mutat̃ qđ mutat̃:⁊ in q̃libet huiuſmodi neceſſe mu tari:manifeſtũ igitur ⁊ ex diffinitione pꝛi mum enim ſicut diximus.

ℂ Poſtq̃ pħs determinauit de oꝛdine ipſaꝝ muta tionuꝫ, ⁊ oñdit quẽ oꝛdinẽ hñt ipſa mutata eſſe.in pte iſta vult oñdẽ quẽ oꝛdinẽ hñt ipſa moueri. Cir ca qđ duo facit:q: ꝑmo declarat quoddã neceſſa riũ ad ꝑpoſitũ.2ꝰ exeq̃t̃ de itẽto ibi [Oñſo aũt h.] declarat enĩ ꝑmo ꝙ oẽ illud qđ mouet̃ in toto ali quo tpe ꝑmo ꝙ mouet̃ in quolibet illius tpis. Cir ca qđ duo facit ſm ꝙ dupliciter h oſtendit.2ꝰ ibi [Sed ex his manifeſtũ.] Dicit g̃ ꝙ oẽ qđ mutat̃ in tpe mutat̃:ſꝫ dicit̃ aliqd mutari in tpe dupl'r ſic in ꝑmo ⁊ ſicut ſm alterũ.i.ſm partem ut dicit̃ ali quid mutari in anno:q: mutat̃ in die que eſt pars anni.qđ ergo mutatur in tẽpore in quo mutat̃ pꝛi mo neceſſe eſt ipſuꝫ mutari in quolibet huiuſmodi i.in qualibet parte illiuſ tẽporis.manifeſtũ eſt igit̃ igit̃ h ex diffinitione ipſius ꝑmi. Sic enĩ diximus ⁊ diffinimꝰ ꝑmũ.videlicet ꝙ illud eſt ꝑmo tale qđ ſm qđlibet eius eſt tale. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Sed ⁊ ex his mãifeſtũ ſit enĩ in quo pꝛi mo mouetur . qđ mouetur.x.r.⁊ diuidat̃ ſm.k.omne eniꝫ tempus diuiſibile eſt in x.r.tempore aut mouetur:aut no mouet̃ ⁊ iterum in.r.k.ſimiliter ſiquidem igitur in neutro mouet̃:quieſcet itaq̃ꝫ in oi mo ueri enim in nullo huiuſmodi qđ mouet̃ ĩpoſſibile:ſi võ in altero ſolũ mouet̃:non utiq̃ꝫ in pꝛimo mouet̃:qđ eſt.x.r.ſm eniꝫ utrũq̃ꝫ motus eſt:neceſſe eſt igitur in quo libet ipſius.x.r.motum ipſum eſſe.

¶ Declarat h' idē in terminis. ꝯtinuet aūt sic. nō solū p3 ex diffōne ipsius p̄mi ꝙ nihil mouet in aliq̄ tpe p̄ nisi moueat in q̄libet ei'. sed ex his dicēdis ē hic manifestū. sit eni tps in quo p̄ mouetur id qđ mouet. i. mobile. x. r. i. h' tps uocat. x. r. diuidat autē h' tps f̄m. r. naz oē tps diuisibile est igit in. x. r. tpe que est pars p̄dicti tpis: aut mouet mobile aut nō mouet etiā in. k. r. que est alia ps illi' tpis: aut supple mouet mobile: aut nō mouet. Siqdē igit simpliciter mouet in neutro. i. in neutra pte: quiescet in oī. i. in toto tpe: qꝛ īpossibile ē qđ mouet in aliquo tpe moueri in nullo. i. in nulla pte illi' tpis. nō igit pōt eē ꝙ aliqd moueat in tpe. x. r. ⁊ tñ moueat in neutra pte ipsius. uel ergo mouebit in utraqꝫ uel in altera solū. Si uō mouet in altero solum. i. in altera pte tm̄ nō utiqꝫ mouet in p̄ s3 tēpus qđ est. x. r. p̄ eni utrūqꝫ. i. f̄m utrāqꝫ partē illius tpis motus est si d3 esse mot' in eo p̄ necesse est igit motū esse in quolibet ipsi'. x. r. si in. x. r. debeat aliqd p̄ moueri. ¶ Deinde cum dicit.

